

Bernhard Münster von Johannes Müller

Disputatio Iuridica De In Iuriis Et Famosis Libellis

Rostochi[i]: Pedanus, 1628

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn731635019>

Druck Freier  Zugang



Musik und Schmalz darpin

B. v. Münster (J. Müller) ^{Art.} 16

R. U. sin. 1628.

47 26

Disputatio Juridica
DE
**INJURIIS
ET FAMOSIS
LIBELLIS,**

Quam
Duce & auspice FERORÆ

**Authoritate & consensu Magnifici &
Amplissimi J.C. ordinis, in florentissimâ RO-
SARUM Academia,**
PRESIDE

Clarissimo & Consultissimo Viro
Dn. BERNHARDO von Münster/
J. U. D. Excellentissimo, fautore & Præceptore
suo observando

Publicè examinandam proponit

JOHANNES Müller
Rostoch.

ad diem 12 Mensis Jul.



ROSTOCH.

Typis exscripsit Joachimus Pedanus,
Acad. Typ. Anno 1628.



MAGNIFICIS, CONSULTISSIMIS,
Amplissimis, prudentiâ, gravitate multa-
rumq; rerum usu eminentissimis
VIRIS

Dn. CONSULIBUS,
SYNDICO & SENATORIBUS
inclytæ Reipublicæ Rostochien-
sis longè meritissimis,

Dominis, Mœcenatibus & Patronis
suis summâ observantiâ colendis &
respiciendis

Exercitium hoc Academicum

Dicat & consecrat

JOHANNES Müller Rostoch.
Auth. & Respondens.





THESIS I.

Ur in omni materiâ legitimè tractandâ
Definitio primum sibi meritò locum vindicer
expositæ sunt à *Bodino lib. 1. de Republ. c. 1. libr. 3.*
c. 7. Cicer. 1. Officior. Valent. Arib. peric. Acad. 3.
disp. 8. thes. 1. Anton. Peregrin. de jur. fisci lib. 1. tit.
1. Paul. Montan. de Tutel. cap. 2. in pr. & aliis, pul-
cherrimæ rationes, Inde nos opellâ hâc supersedentes methodum
saltem eandem amplectemur, & hæc ipsa Dd. vestigia prementes
Disputationem nostram de Injuriis exinde auspicabimur, dum
prius exemplum imitati Jcti Celsi in *l. Labeo 7. §. 2. circa fin. de*
suppellect. legat. & aliorum in l. 1. in pr. l. 2. §. 2. de reb. cred. l. 1. in
pr. de Inst. & jur. l. 1. §. 1. de pact. tot. tit. de V. S. & pluribus infini-
tis sparsim locis, aliquam vocis rationem habuerimus & foedam
rerum ac nominum confusionem evitantes juxta *l. nemo. fin. C. de*
leg. tutel. ó μωυρπιας & ambiguitates verbilinjuriæ breviter excuf-
serimus.

2. Vocabulum ergo Injuriæ in jure nostro ut Jurisdictionis,
Adoptionis, Actionis & alia *l. 2. ubi Gloss. de jurisdic. l. generaliter*
2. de adopt. §. 2. Inst. eod. l. pecuniæ 178. §. actionis. 2. de V. S. ali-
quando Generis, aliquando speciei significationem haber. *l. 1. in*
pr. de injur. & fam. libell. pr. Inst. eod. Et generaliter omne quod
non jure sed contra jus fit significat *d. l. 1. cum gloss. ib. d. b. t. Treuth*
vol. 2. disp. 30. thes. 5. lit. a. Aribmaus peric. Acad. 3. disp. 4. thes. 1.
lit. a. in med. Ut hoc respectu omnia delicta tam publica quam
privata Injuriæ rectè dici possint. *Johan. Harprecht. part. post. disp.*
18. ass. 1. lit. a. Vultrejus ad pr. Inst. b. t. n. 2. Specialiter vero acce-
ptum nonnunquam pro damno culpâ alterius dato ut in *l. Aquil-*
ia. l. lege 2. l. sed etsi 5. §. 1. ad l. aquil. §. 2. Inst. eod. Interdum pro
iniqui-

A

Iniquitate à iudice injustâ sententia factâ l. 1. l. 13. §. idem Labeo
5. in fin. de injur. l. 1. de appellat. l. si per imprudentiam 51. de evict.
Sæpius & specialissimè pro contumelia à contemnendo sic dictâ
d. l. 1. in pr. b. t. Et ibid. gloss. d. l. 5. §. 1. ad l. aquil. l. si unus 27. §.
pactus 2. vers. non enim ex pacto. de pacti. eo quod contemtim fiat
& dedecus ei qui injuriam patitur accersat; capitur. Wes. in parat.
ad hunc. tit. n. 3. Et hanc significationem hujus loci propriam
retinemus.

3. Injuria definitur Delictum pr. inst. de Obl. quæ ex delict.
nasc. l. 2. in pr. collata cum §. 4. ff. de priv. delict. l. ex maleficio 4. de obl.
& act. l. fin. in pr. C. de injur. quo liberti hominis §. servus autem 3.
Inst. b. t. in vi l. in diem 9. §. ideo autem m. de aq. plu. arc. l. 1. §. usq.
adeo 5. l. sed si unius 17. in pr. b. t. l. quamvis 11. de injus voc. l. 3. §. 3.
de homine lib. exhib. l. 145. de R. J. c. scienti 27. de R. J. in 6. l. 34. C.
de transf. §. fin. Inst. b. t. dignitas & æstimatio §. 1. Et ibid. Heig. n. 8.
b. t. l. 1. §. 2. l. item apud. 15. §. 27. eod. Hotom. ad §. servus: 3. b. t.
contumeliâ d. l. 1. l. 15. §. 46. §. 48. de Injur. pr. Inst. eod. immeritò
l. justissimas 3. C. de offic. Rect. prov. l. 18. b. t. Coras. Miscellan. lib. 6. c. 24.
in fin. afficitur, & diffamandi animo l. 5. C. de injur. l. 3. §. 1. b. t. l. 4. 15.
§. fin. ad l. aquil. arg. l. 50. §. 2. l. 53. de furt. quocunq; modo pro-
ficienditur. Ampliùs. Dn. Lindeman. in. Exercit. Justin. ad hunc. tit.
thes. 1.

4. Hoc Injuriarum delictum licet inter privata delicta
veteris juris auctores commemorent. l. fin. C. de injur. & privati
non publici judicij continere querelam ab Imp. Dioclet. & Ma-
ximian. in l. 7. C. eod. rectè rescribatur, quandoq; tamen publi-
cum etiam esse delictum cum Bocero clas. 4. diff. 4. thes. 2. negare
neutiquam possumus, propter l. si quis in hoc. 10. C. de episc. & cler.
maximè si crimen famosi libelli publicè vindicetur. l. lex Cornelia
5. §. 9. & 10. l. quod scitum 6. b. t. l. unic. C. de famos. libell. Gloss. in l. 7.
C. de injur. Azo in summ. aur. ad hunc. tit. n. 5.

5. Circa injuriæ crimen consideranda veniunt delicti
Requisita; Personæ tam facientes quam patientes injuriam, In-
juriam inferendi modi & Impositæ Injurie vindicatio.

6. Primum de Requisitis. In omni injuria illatâ ut a-
ctio inde detur pro Essentialibus & Necessariis requisitis quatuor
ad esse

ad esse decet. 1. Factum vel dictum aliquod injuriosum *l. ex ma-
lesicio 4. ibi, nam ba re. de obl. & Act. pr. Inst. ibi, nam omnes ex re-
nascuntur. Inst. de obl. quæ ex delict. l. injuriarum 13. §. si quis de ho-
noribus 4. l. 15. §. si curaverit 10. b. t. l. 5. ibi, aliquid injuriosum di-
xisse C. eod. ab ipso scilicet auctore testibus aut scripturâ obtretrato-
ris si ipse neget probandum. l. prator edixit 7. in pr. & §. quod a. 4.
b. t. l. 2. l. verius 21. in fin. de probat. §. non solum 4. Inst. de legat. Boc.
clas. 4. disp. 4. thes. 67. eò quod regulariter facta non presumantur
sed probari debeant *l. ante omnia 23. de probat. Dd. in l. assertio 10. C.
de non num. pec. Wes. in par. ad tit. de probat. n. 16. propr. princ. & a-
uctore nõ probante reus absolvatur l. qui accusare 4. C. de edend. l. 23. C.
de probat. Et quamvis in delictis nõ facta sed delinquendi ani-
mus principaliter consideretur *l. 1. & ibid. Hippolyt. de Marf. n. 1.
& seqq. C. ad l. Corn. de sic. & propter solum conatum in effectum
nondum deductum injuriarum actio aliquando detur l. 15. §. 1. b. t.
Unde dicendum foret factum non esse injuriæ necessarium requisi-
tum, quia tamen in *d. l. 15. §. 1.* sæpè præparatoria ad actum sunt
facta & ipsa territio aliquid facti habet, adhuc concludendum Fa-
ctum in injuria requiri, & hodie ex generali consuetudine pro-
pter solum conatum in effectum nondum deductum neminem
puniri *Jul. Clar. §. fin. q. 92. Boer. decis. 316. n. 3. Wes. in parat. ad tit.
ad l. Cornel. de sic. n. 7. prop. fin. facit l. 15. §. 10. b. t.****

7. 2. Ut is cui injuria illata est statim ad animum suum eam
revocet nec illatam dissimulet *§. hac actio. fin. Inst. b. Injuriarum.
enim actio quæ est ex bono & æquo dissimulatione aboletur.
l. non solum 11. §. 1. b. t. d. §. fin. Inst. eod. & dissimulata quasi condona-
nata Hotom. ad d. §. fin. verb. dissimulatione. per pœnitentiam nun-
quam resuscitatur. d. §. fin. si ergo propter injuriam illatam a-
ctioe quis experiri velit, non rideat & affectibus ostendat sibi
non displicere contumeliam, sed iratum se ostendat, nec actus a-
liquos injuriam remittentes faciat. Job. Schneidw. ad §. fin. Inst. b.
t. n. 1. de his pluribus infra sub. thes. 79. & seqq.*

8. 3. Ut immerenti injuria sit facta. *Donell. lib. 15. com-
ment. c. 24. lit. G.* Circa quod requisitum anxie Dd. desudant in de-
cidenda difficillima illa & in diversas partes agitata quæstione,
Num veritas convitij diffamantem à pœna excuset? & quidem

Boer. conf. 4. n. 19. 32. & seqq. septem diversas Dd. de hac refert
opiniones, sed aliis repudiatis nos verissimam illam remur, quam
& communem testatur *Gail. lib. 2. obs. 99.* sc. tum demum diffa-
mantem & verum crimen objicientem excusari, si id manifestari
Reipubl. intersit, ut si quem latronem, homicidam, adulterum,
furem &c. quis dixerit, sive id in judicio sive extra judicium fue-
rit objectum *Jul. Clar. in Recept. sentent. §. injuria. n. 15. Fachine.
lib. 9. controuv. jur. c. 10. Harprecht. part. 2. disp. 18. obs. 13. Henon.
disp. 18. thes. 27. Schneidw. ad §. 1. Inst. h. t. n. 14. Bronchorst. cent. 4. af-
fere. 77.* cum enim qui nocentem diffamavit non est æquum ob
eam rem condemnari, quod peccata nocentium nota esse oportet
& expediat: *Paul. in l. eum. 18. in pr. b. t. ac* Reipubl. intersit
delicta puniri *l. ita vulneratus §. 2. ad l. aquil.* Unde & veteres
Romani liberè infamibus laudum suarum præconia objicere
permittebant, quod *Horat. lib. 1. sermon. satyr. 4.* pulchre ex-
pressit.

Si quis erat dignus describi quod malus aut fur:

Quod mæchus foret, aut sicarius aut alioquin

Famofus, multa cum libertate notabant.

Si verò crimen objectum innotescere Reipubl. non expe-
diat, ut si quem gibbosum, claudum, surdum, aut pauperem no-
minaverit, tum injuriarum is tenetur, nec veritas convitij illum
excusabit, quid enim tam durum est quam naturæ vitia & patri-
monij detegere viliratem? *l. meminimus 2. in pr. ibi, quid enim. C.
quand. & quib. quart. pars deb.*

9. 4. Et Ultimò, ut injuriandi animo & dolo malo injuria
fiat *l. 3. §. 1. l. si injuria 20. b. t. l. si non convitij 5. l. 9. & l. 10. C. eod.
l. 41. §. fin. ad l. aquil. Ernest. Corbm. conf. 15. n. 11. & seqq. vol. 1. quia
ex dolo delicta æstimantur l. qui injuria 53. l. verum est 39. de furt.
§. 7. Inst. de obl. q. ex delict. 11. sed etsi 5. §. 3. ad l. aquil. l. 1. §. 3. l. in
lege 7. l. divus Adrianus 14. ad l. Cornel. de fic. l. fraudis 79. de R. I. l. 3.
§. 1. b. t. Wes. in parat. bic. n. 4. & hoc respectu à Damno injuriã
dato seu l. aquilia hæc injuria secernitur *l. qui servum 34. de O. & A.
non enim in l. aquilia præcisè dolus requiritur, sed levissima cul-
culpa sufficit d. l. sed etsi 5. §. 1. l. præceptoris, 6. l. 8. l. in lege aquil-
lia**

lta 44. ad l. aquil. l. illud 13. de lib. caussa. cum hic præcisè dicitur
adesse debeat. d. l. 3. §. 1. b. Arithm. pericl. Academ. 3. disp. 4. thes. 1.
lic. B nec propter culpam actio detur. arg. l. 4. b. 1. sed qualibet
caussa etiam injusta dummodo colerata à pœna & dolo excuset.
arg. l. igitur 12. §. & generaliter 3. de lib. caussa Wes. in parat. hic. n. 8.
Hipolyt. a Marsil. ad l. 1. C. ad l. Cornel. de sic. n. 25. Ampliss. Dn. Lin-
dem fautor & praeceptor meus etatem observandus in exercit. just. ad
hunc tit. thes. 26.

10. Et quamvis alias regulariter dolum leges non præ-
sumant, sed indicii manifestis probari velint, l. dolum 6. C. dol.
mal. l. dolus 10. C. de resc. vend. id tamen aliquando aliter se habet.
arg. l. dolo 41. ad l. Falciat. l. si procuratorem 8. §. quod & 8. mandat.
præcipuè in hac injuriarum actione ubi omne verbum & factum
ex se & suà naturà injuriosum dolo malo & injuriando animo ob-
jectum præsumitur l. eum qui 18. §. si injuria 3. b. t. l. si non convitiij 5.
ubi Dd. C. eod. Leopold. Hackelm. illust. qua disp. 23. tb. 16. Theodoric.
coll. crim. disp. 2. thes. 17. lit. a. Iul. Clar. §. injuria n. 12. Ampliss.
Lind. in exerc. Justinia. b. t. thes. 25. verba enim sunt mentis no-
stræ indices. arg. l. recusari 95. de acqui. bared. & talis præsumitur
animus qualia sunt verba prolata l. 7. §. 2. de supell. leg. Probatio
tamen in contrarium, hanc juris præsumptionem elidens rectè
admittitur, si Reus delato juramento purgatorio innocentiam
suam demonstrat l. Lex cornelia 5. §. 8. l. 11. §. 1. b. t. l. furti 6. §. 4.
de his qui not. infam. c. fin. ext. de jurejur. Corb. conf. 15. n. 36. & seq.
vol. 1. vel injuriandi animum absuisse indicii & præsumptionibus
sufficiantibus probet. l. si non convitiij 5. C. b. t. arg. l. non omnes
5. §. à barbaris 6. de re milit.

11. Tales præsumptiones ex nonnullis circumstantiis in-
juriarum excludentibus oriuntur, videlicet. 1. Ex conjunctione
sanguinis, eò quod in conjunctis personis corrigendi magis quam
injuriandi animus præsumatur l. unic. C. de emend. propinq. Unde
parenti liberos suos objurgare licet arg. l. 5. §. fin. ad l. aquil. l. aut
facta 16. §. caussa 2. ubi Gotofr. de pœn. etiam emancipatos, sed leviter
l. prator 7. §. 3. b. t. nam atrociter hos si pulset aut vulneret inju-
rià eos afficit & injuriarum actione convenitur. d. l. 7. Boc. class. 4.
disp. 4. tb. 20. 2. Ex officio publico l. injuriarum 13. §. 1. §. 6. ut

magistratus in carcerem quem duci iubens & apparitor vi aliquem
iure compellens excusetur. *d. l. 13. §. 2. §. 6. l. quod Reipubl. 33.
b. t. nisi officij fines magistratus exceſſerit, quo casu de injuria fa-
cta tenetur. l. nec magistratibus 32. b. t. l. eumq. 13. de per. & commod.
revendic. l. 29 § 7. ad l. aquil. Wes. in parat. h. c. n. 5.* Et 3. Ex fa-
ciendi necessitate, quâ præceptor, & Magistro discipulum pulsa-
re, verberare & convitiis ad meliorem frugem perducere non est
prohibitum *l. item queritur 13. §. item Julianus 4. locati l. 5. §. sive, ad
l. aquil. & tantum de Requisite.*

12. Injuriam committunt omnes qui voluntatem & facul-
tatem injuriandi habent, doli sc. capaces mentisque suæ compotes
*l. illud 3. §. 1. §. 2. b. t. sive liberi sint, sive servi pr. Institue.
de nox. act. masculi & foeminae.* Et licet in nonnullis sexui foe-
mineo propter animi & judicij imbecillitatem jura nostra sub-
ventum velint *Dd. in l. 2. §. 2. & tot. tit. ff. & C. ad SCtum Vel-
lian. t. nen quod hic sexus propter in frænem linguam pessimè
ubique audiat. Erasm. Roterodam. in libro de linguâ pag. (mibi) 84. &
seqq. p. 88. & in quibusdam mulieribus major quam in viris sit
injuriandi affectus & animi malignitas, quæ in dilectis principè
considerantur. l. 53. de furt. §. 7. Inst. de obl. qua ex delict. ne in-
publicum & Reipublicæ perniciosissimum id aliquando erumpat
malum legum frænis hæc linguæ petulantia meritò coercetur
arg. l. 110 §. mulieribus 4. de R. i. nec malarum mores infirmitas
animi excusabit. juxta lib. 1. C. si ad v. delict. sed delinquendo æquè
ac viri mulieres obligabuntur. l. si quis 7. §. servi 1. de jurid. l. ait
Dion 10. de jur. fisci. l. 1. ubi Gôdd. n. 53. l. pronuntiatio 195. in pr. de V. S.*

13. Non tantum a. per se ipsum immediate, sed & per
aliam personam mediatè injuria inferitur, *l. item apud. 15. §. 8.
l. sed si unius 17. §. 2. b. t. factaque per alium jubente aliquo talis ha-
betur ac si ab ipsa profecta esset c. qui per alium 72. de R. i. in 6. arg.
l. ita 5. §. quod si quis c. 3. de administr. tutel. l. 1. §. de jecisse 12. l. 3. §.
cum procurator. 10. de vi & vi armat. l. hoc jure 152. §. 1. de R. I. Unde
si injuriam fieri dolo malo quis procuret, causam præbeat & alios
ad id concitet, qui sine hac concitatione alias injuriam facturi
non essent, l. 11. §. 6. b. injuriarum tenetur. *d. l. 11. §. 3. ubi Gotbofr.
l. 15. §. fecisse 8. hic. Treuil. vol. 2. disp. 30. thes. 6. lit. C. nec ipse
solum,**

solum, sed & is qui tale consilium sequutus effectui id dederit.
d. l. non solum 11. in pr. b. §. penult. Inst. eod. neque excusabitur inde
quod dicat alium se facti mandatorem habuisse l. non ideo §. C. de
accusat. pari enim poena mandans & mandatarius ut alias re-
gulariter in delictis afficiuntur. d. l. u. §. 3. nisi sit mandatarius talis
personae, & parere necesse habuit, huic enim quia velle non cre-
ditur l. 4. de R. J. merito ignoscetur l. in damnum 169. de R. I. & in
mandantem omnis actio dabitur l. servus 20. de O. & A. dum sc. de-
lictum est leve non atrox l. ad ea 157. eod. d. l. servus.

14. Quando plures injuriam committunt quia tot sunt
injuriae quod personae eam inferentes, singuli conveniri possunt.
l. item apud 15. §. siue unus siue plures 12. l. si plures 34. b. t. l. si familia
9. de iurisdic. l. ita vulneratus 51. in fin. ad E. aquil. Wes. in parat. b.
e. n. 5. §. 12. & quilibet ex suo delicto obligatur in solidum l. sem-
per adversus 15. §. 2. quid vi aut clam l. item Mela 11. §. sed si 2. ad l.
aquil. nec relevat alios praestita ab una poena d. l. item Mela. Unde
Universitas, civitas, & totum aliquod Collegium proptet inju-
riam pro indiviso factam conveniri potest, gloss. in l. metum. 9. §.
animadvertendum 1. quod met. causa. 2. Feud. vir. de pat. tenend. 538.
vers. si quis vero ausu arg. l. 29. §. 7. ad l. aquil. l. 32. in pr. b. t. l. 3.
§. 1. quod met. causa. & omnes cives poena tenet, Ut tamen omni-
bus civibus solenniter & per publicum aliquot signum convoca-
tis communicato consilio irrogetur, alias insciis civibus, si con-
sules, Senatores vel praefecti urbis non accepto ad hoc mandato
injuriam alicui fecerint, ipsi non tota civitas tenetur, l. ex dolo 15.
§. 12. dolo malo. nec delictum aliquarum personarum in damnum
totius universitatis redundare debet arg. cap. del. tam 76. ubi Dyn.
de R. I. in 6. Ad administrandum enim non delinquendum
mandatum acceperunt & in commissione seu mandato quantum
vis generali nunquam delinquendi potestas concessa putatur.
arg. l. meministi. 6. C. unde vi l. non distinguemus 32. §. de officio 15.
de recept. arbit. l. 3. §. plane 4. quod vi aut clam. l. 198. de R. I. c. 1. §.
quia vero de iurejur. lit. 6.

15. Cum igitur dolus & injurandi animus in hoc injuria-
rum delicto sit necessarium & Essentiale requisitum ut supra thesi 9.
demonstratum, consequens est dicere, ubi inferentes doli non
sunt

sunt capaces, nec in hos voluntas & facultas injuriandi cadit, injuriam factam non videri *l. illud 3. §. 1. b. 2.* quare hic excluduntur & injuriam non committunt. 1. Animantes brutæ *Wes. in parat. hic n. 4. Arub. per. Acad. 3. disp. 4. bes. 1. lit. c. in fin. Just. Mejer. in Colleg. Argentorat. ad hunc t. ch. 9. Hillig. in Donell. enucl. lib. 1. c. 7. lit. G.* eo quod sensu carentes injuriam fecisse dici non possint. *lit. ait præter 3. si quadr. paup. fec. dic. §. pauperies 2. Inst. cod.*

16. 2. Furiosi & mente capti *d. l. 3. §. 1. b. 1.* siue continuâ mentis alienatione omni intellectu carentes, siue dilucida intervalla habentes, eo momento quo furor erat intentus delinquant. *l. congruit bono 13. §. furiosus. 1. l. Divus Marcus 14. de offic. præf. hos enim, quorum nullus est consensus l. emptionem 2. C. de contrah. empt. l. in contrahendu. 5. de R. J. nulla voluntas l. furiosi 40. de R. J. nullam animi judicium §. præterea 1. Inst. quib. non est permiss. sac. test. nec quid agunt intelligunt §. furiosus 8. Inst. de inutil. stip. fati infelicitas merito excusat *l. infans 12. ad l. Cornel. de sic. l. 5. §. Et in deo 2. ad l. aquiliam.* & commiseratione sunt dignissimi, etiam in ipsum Imperatorem delinquentes. *l. unic. C. si quis imperat. maledix.* quod satis furore puniantur *d. l. divus 14. de offic. præf. l. pena. 9. §. sane 2. ad l. pompej. de parric. l. tam dementis 28. C. de episc. audient. & afflictio afflictio non addatur. l. omnes 23. C. de pœn. l. 4. §. cum a. 2. vers. quid ergo. ad l. Rhod. de jactu. l. ex facto. 43. §. Julianus 3. vers. satis enim. de vulg. Et pup. substit.* Carceri tamen debent mancipari & diligentiori custodia coerceri, non tam ad ipsorum poenam quam utilitatem & securitatem proximorum *d. l. pena. 9. §. 2. ad l. pomp. de parric.* Et si propter negligentiam custodis delinquant, custos punitur. *l. divus 14. de offic. præsid.**

17. 3. Infantes doli nondum capaces. *l. 3. §. 1. b. 1. Jul. Clar. lib. 5. rec. sent. §. fin. quest. 60. n. 2.* illi sc. qui septimum suæ ætatis annum nondum sunt egressi *l. si infanti 18. C. de jur. deliber. l. in sponsalibus 14. de sponsalib. Philip. Matthai ad l. 5. de R. J. n. 10. Johan. Schneid. ad §. si quis agere 33. Inst. de actionibus. n. 5.* quales non multum à furiosis distant. *§. pupillus 9. Inst. de inutil. stipular. & innocentia consilij tuetur. l. infans 12. ad l. Cornel. de sicar. 4.* Dormientes, qui ex consuetudine noctu surgendi ignorantem alios lædunt, *Wes. in parat. hic. n. 4.* Hi siquidem delicti perpetrati

prati tempore non magis mentis compotes fuerunt quam furiosi l. 1. §. furiosus 3. de acquir. possess. c. majores 3. §. sed adbus. §. item queritur. De baptis. & mortui, quibus juxta illud Ovidij lib. 2. Amor. eleg. 9.

707 Stulte quid est somnus gelida nisi mortis imago, teste comparatur, & excusantur propterea quod ex naturali ignorantia & vitio peccent. arg. l. 24. §. sed ut ne. 2. vers. deniq; nemo. de damno infect. Si tamen excusso somno vigilantes ratum habuerunt quod dormiendo male egerunt, injuriarum tenentur & sunt puniendi. arg. l. quicquid 48. de R. J. Gilhaus. in comment. de injur. & famos. libell. §. 6. n. 16.

De prodigo, seu iis quibus bonis interdictum est ahne & sibi de injuria facta excusentur, ambigitur. Et licet in jure nostro quamplurimis locis furiosis æquiparentur l. 1. de curat. furios. dand. l. 40. de R. J. l. si prædica 11. de reb. eor. qui sub. tutel. l. is cui bonis 6. de V. O. l. 7. §. plane 11. & seq. ex quib. caus. in poss. l. 1. C. de curat. furios. & furiosum facere excusum ab Ulpiano in l. his qui 12. §. fin. de tut. & curat. dicit. ab his dicantur, indeq; inter personas injuriam non committentes numerandi alicui viderentur, prout vult Treutl. vol. 2. disp. 3. thes. 6. lit. a. & Gloss. in l. si quis 7. ad verb. earum rerum, vers. Tu idem dic. C. unde vi. tamen veritati magis consentaneum est, æquiparationem istam de contractibus & bonorum administrationibus intelligendam ad delicta non posse extendi, eo quod prodigi doli sint capaces, & merito ut quilibet alij delinquentes puniendi. Philip. Dec. ad d. l. 40. de R. J. n. 6. Petr. Wesenb. ad eandem l. n. 8. Fach. lib. 2. controuv. c. 68. circ. fin. Jul. Clar. libr. 5. §. fin. quest. 60. n. 11.

19. Quid de Marito uxorem suam verbis & verberibus corripiente & castigante sentiendum res dubia est. Equidem Imp. Justinianus, uxori fustibus & flagellis a marito coacta pro hujusmodi injuria ex substantia mariti dari vult tantum quantum tertia pars facit antenuptialis largitatis, prout ipse in Novel. 118. c. 14. rescribit: Cui & suffragatur Hug. Donell. lib. 13. comment. c. 21. qui uxorem pullare etiam refractoriam bonis moribus adversum putat, eo quod Apostolus Paulus uxores tanquam proprium corpus diligendas precipiat. Ephes. 5. vers. 25. 28. & 29. Coloss. 3. vers. 18.

B

Exem-

Exemplo motus fortassis Socratis qui uxorem suam Zantippem
etiam tonantem & pluentem semper æquo animo sustinuit & nun-
quam pulsavit, unde concludendum videtur uxori pulsata contra
maritum competere actionem. Verum ab hac sententia merito
divortium facimus & negativæ ut veriori subscribimus, sc. cor-
rigendi & emendandi potius quam injuriandi animum in marito
presumentes, & injuriarum actionem non concedentes, siquidem
marito ex justa causa uxorem leviter & moderatè obijungere &
castigare omni jure est permissum. *arg. c. duo. 23. q. 4. c. sicut
alterius 7. q. 1. l. si adulterium 38. § 8 adl. Jul. de adult. Accurs. in l.
sed et si. 5. § fin. verb. docenti, ad l. aquiliam Hip. de Mars. in pract.
crim. §. aggredior. n. 81. Gotofr. ad Novell. 117. c. 14. Bodin. de Repub.
lib. 1. c. 3. Job. Bonef. de furt. §. 10. n. 189. & seq. Hillig. in Donell. 6-
nucl. libr. 13. c. 21. lit. n. maximè si tentatis prius mittitoribus reme-
diis, veluti admonitione, precibus & minis obstinatus animus
mulieris flecti & ad obsequium in duei nequeat, tum enim severio-
rem animadversionem adhibere necesse maritus habet, quemad-
modum & Medicus sectionem & ultionem propter illud Ovi-
dij :*

Cuncta prius tentanda, sed immedicabile vulnus
Ense rescindendum est, ne pars sincera trahatur.

Quod ad allegatum *Novellam 117. c. 14.* attinet, illa non sic erit ac-
cipienda, quasi adversus maritum vellet Imperator dari actionem
iniuriarum, quæ non minus est famosa quam furti *l. 1. de his qui not.
in fam* proindeq; inter conjuges locum non habet, *arg. l. 1. l. 2. de
actione rer. amor.* sed quod ad petendam tertiam partem donatio-
nis propter nuptias concedat uxori conditionem ex *Novell. Ju-
stiniani. autb. sed novo. C. de repudiis arg. l. unic. de condit. ex leg.*
ob nimiam & injustam mariti severitiam, quo casu uxori pluribus
etiam remediis succurritur sc. à marito exigenda, cautione *de non-
offendendo juratoriâ,* vel fidejussoribus datis, & si magna & formi-
dabilis est tyrannis aliis modis, de quibus *Conrad. Rittershus. in
comment. ad Novellas part. 4. c. 10. num. 11.* si tamen propter cau-
sas in *d. Novell. 117. c. 8.* expressas sit uxor verberata, tum nullo ei
remedio succurritur & acerrimè eam verberare & domo abigere
marito licet. *Gotofred. ad d. Novell. 6. 14.* Ad textus *Biblicos à*

Donello

Donello adductos respondemus citatis locis Apostolum emenda-
tionem & correctionem non disjungere, cum aperte *Ephes. 5. v.*
22. & seq. & Colos. d. c. 3. v. 18. viris suis tanquam domino mulie-
ris subditas velit, prout & ipse Deus imperio maritali eas subiecit
Gen. 3. c. 16. c. est ordo. c. satis hinc apparet. c. mulierem c. Adam 33.
quest. 5. & qua ratione castigationem in liberis amoris esse indi-
cium Salamon *Prov. 13. vers. 24.* præsumit, eodem respectu & nos
castigationem maritalem amorem & benevolentiam erga uxo-
rem prodere credimus: Non tamen per hæc dicta illorum proba-
mus sententiam qui non minus uxoribus quam jumentis verbera
esse necessaria putant, juxta illud vulgare:

Nux, Asinus, Mulier, simili sunt lege ligati,

Hæc tria nil rectè faciunt, si verbera cessent.

Ipsi enim experientur verissimum esse illud ab *Ovidio* decanta-
tum:

Semper habet lites alternaq; jurgia lectus.

20. Iratus anne injuriarum teneatur, si ex calore iracun-
diz injuriosus, *Id.* hic graviter dissentientibus: & alij quidem e-
jus sunt sententia, Actionem injuriarum tum demum dari, quan-
do sedatà irâ per iracundiam dictum injurians ratum habuerit,
& perseverantiâ ostenderit animi judicium fuisse, non quando
stante pede facti poenitentia ductus illud revocat, ita *Theod. Perreus*
in conclus. crim. thes. 63 Harprech. part. post. disp. 18. thes. 24. Valenti.
Aritbm. pericl. Acad. 3. disp. 4. thes. 3. in fin. Treutl. vol. 2. disp. 30. thes.
6. lit. B. Wes. in parat. b. n. 4. in fin. ubi plures allegat per rationes h.
quicquid. 48. d. R. 7. & l. divortium 3. de divort. & repud. Alij
contra in distincte statuunt injuriantem puniri, si in consulto ca-
lore iracundia quid sit objectum, nec per sequentampoenitentiam
actionem extinguui. Bocer. class. 4. disp. 4. thes. 23. Helfric. Hunnius. in
Resoluc. ad Treutl. volum. poster. disp. 30. thes. 6. lit. B. quest. 42. Jul.
Clar. 5. sentent. 5. injuria, n. fin. & S. fin. 9. 10. n. 5. & 9. 60. n. 21. Dec.
& Mathei ad d. l. 48. de R. 7. his potissimum moti rationibus. 1.
Quod malitiosis hominibus exoptatissima praberetur occasio bo-
nos viros impunè injuria affiendi & vexandi, si post delictum
admiss-

admissim pœna per pœnitentiam in præjudicium affecti evitari
posset *Han. d. loc.* cum tamen legibus nostris delictorum occasio-
nes quoq; tollantur. *l. 1. §. 11. C. de latin. libert. l. 6. §. 2. in fin. C. de
bon. que liber. 2.* Quia nemo perpetrato delicto pœnitentia suâ
nocens esse desinat. *l. qui ea mente 65. in fin. de furt. l. non prodest 5.
ub. Gorbos. de vi bonor. rapt. 3. per l. aut facta 6. §. causa. 2. in fin.
de pœn. l. si non convitij 5. C. de injur.* Nos in hac Dd. contrarieta-
te utriusq; sententiæ ponderatis rationibus posteriori ut de jure
veniori suffragamur, nihil quicquam negotij faciente pro con-
trariâ sententiâ allegatas *ll. l. 48. de R. J. l. 3. de divort.* quas una-
nimi Dd. consensu in contractibus non in delictis procedere pu-
tamus. per *l. 5. C. de injur. l. 7. §. fin. ad l. Jul. repetund. Philip. Dec.
& Mathai ad d. l. de R. J.* Dicta tamen de puniendo irato non ob-
tinere ratione ordinaria pœnæ volumus, in eo qui justa ad iram
per motus causâ injuriosum quid dixit vel fecit *Hackelm. illust.
quest. disp. 23. Thes. 14. lit. E. in fin. Matth. & Hanon. ad d. l. 48. de
R. J. n. 6. in fin.* nam extra hunc casum si sine justâ aut leviori aliqua
ex causâ bilis sit mora, delinquens omnino punitur, nec ira ad miti-
gandam vel remittendam pœnam quicquam proficit; idq; regula-
re esse in delictis tam publicis quam privatis ex *Constit. crim. Ca-
rol. V. art. 137. ibi. der eiuem Todtschlag auß Bösheit vñnd
Dorn gethan.* colligere licet; ne in Republicâ pernitiem deli-
cta maneant impunita, contra *l. 51. ad l. aquil. & ut pœna unius sit
metus multorum l. 16. §. fin. de pœnis.*

21. De Ebrio quid statuendum, num hic delinquens in-
juriarum pœnam effugere possit: res difficultate non caret:
Nos longius Dd. sententiâ varias hic compilare utile minus & su-
pervacaneum reputantes, brevi saltem distinctione hinc evade-
mus, tali modo: Aut Ebrius poculis ita est obrutus, ut men-
tis, sanæq; rationi indictum sit auxilium, & tum à pœna injuria-
rum ordinaria erit eximendus, eo quod injuria ex affectu & animo
facientis procedens ut *supra thes. 9.* in tam profunde ebrio adesse
dici non possit, siquidem impetu magis quam ex proposito delin-
quat. *l. persficiendum vi. §. delinquitur 3. de pœn. l. omne delictum 6.
§. qui se 7. de re milit. l. milites 12. in fin. pr. de custod. reor. l. unic. §.
quis imperat. maledix.* quid loquatur nesciat & quasi sepultus ja-
ccat.

ceat. *caus. 15. q. 1. c. sane. 7. furioso similis. dist. 35. c. luxuriosa. 3. c. venter. 5. c. violentiam. 6. §. quitquid. nec se delinquere sentiens. caus. 15. q. 1. c. inebriaverunt. 9. quia tamen plus æquo & ad ebrietatem usq; potare culpa est d. c. inebriaverunt. l. 11. §. 3. de pœnis. eaque maxima in ebrioso. qui ex vitioso habitu & quadam consuetudine peccat, inebriatus de culpâ tenetur & extraordinaria pœna punitur. l. 6. §. 7. de remiss. l. 12. de cust. reor. Jul. Clar. §. fin. q. 60. n. 12. nec id iniquum est, cum ex suo quisq; vitio hoc incommodo merito afficiatur. l. nec id 15. si quis omiff. causa test. l. quod quis. 203. de R. 7. Aut ebrietas sanæ rationi integrum reliquit usum, & tû delinquens ordinaria pœnâ omninò venit plectendus. *Arith. peric. Acad. 3. dist. 4. ubes. 3. in med.* nec mitigationem pœnæ secuta pœnitentia producit: quia dolosus & calumniandi animus in effectum est deductus, & delictum eatenus perfectum per pœnitentiam non revocatur. l. qui ea mente 65. in fin. ubi gloss. de furt. l. quid sit fugitivus 17. §. Calvus 1. de edil. edict.*

22. Superioribus non incommodè annectetur hic illa quæstio, Num verbi divini minister pro concione injuriosis verbis quempiam notans & offendens quasi de injuria factâ conveniri possit? Hanc quæstionem licet affirmativè decidat *Alexand. de Neo. cons. 82.* eumque referas & sequens *Jul. Clar. l. 5. recep. sent. §. injuria n. 1. prop. fin.* qui simpliciter concludunt concionatorem tali casu omninò teneri. Nos tamen contrariæ sententiæ ut magis à qua; magis piæ, & sacris literis consentaneæ suffragium nostrum dandû censemus, arg. *Esaiæ c. 58. v. 1. Ezech. c. 3. v. 17. 18. & 19. c. 33. v. 6. 7. & 8.* quibus locis Deus à pastoribus quasi in specula altè constitutis, populo scelera & peccata sua manifesta vult reddi, & fiducia vocis annûciari, hac gravi additâ cõpminatione, se aliquando in die novissimâ, sanguinem & animas neglectas de ipsorum manibus requisiturum. Quis ergo injuriandi & calumniandi animum exinde præsumeret, quod officij necessitate compulsi latentia scelera corrigunt & delinquentes in rectam viam reducere tentant, suasque sic animas liberare cupiunt? *Ezech. d. c. 3. v. 19.* potius ut in parentibus ita & hic corrigendi & emendandi, quam injuriam faciendi animum præsumimus, arg. l. 6. §. 2. de pœn. siquidem spirituales auditorum suorum sunt parentes & auditores illorum filij, quod utrumque expressit D. Paulus. *1. Corinth. 4. v. 14. & 15.*

23. De Astrologo, Chyromantico, & Physiognomo, qui consulti aliquem adulterum, Homicidam, vel alio crimine maculatum dicunt, breviter sentimus injuriarum actionem in hos intendi non posse, per text. in l. item apud 15. §. si astrologus 13. b. 1. propterea quod nō animo injuriandi, sed artis suæ exercendæ gratiā vaticinati esse censeantur. Harprecht. part. 2. disp. 18. thes. 26. l. b. Idem judicium erit de Medicinæ studiosis, qui cadavera humana permissu Magistratus exhumant, & secant, quo in curandis morbis peritiores evadant, & per hæc utilitati Reipublicæ studeant, etiamsi id ad contumelium aliquorum pertinere possit. arg. l. quod Reipublica 33. b. 1. Jul. Clar. §. fin. qua fin. n. 2.

24. Injuriam patiuntur non tantum qui eam facere possunt, verum etiam interdum illi, qui in ferre nequeunt *Wes. in parat. hic n. 6.* nec quid sit injuria intelligunt, quales sunt Furiosus, Infans, Dormiens, l. illud 3. §. 1. & 2. hic, quemadmodum autem injuriam inferri immediatè & mediatè supra thes. 13. diximus, ita quoque hoc loco vel immediatè vel mediatè injuriam pati quis rectè dicitur, *Harp. p. 2. disp. 18. tb. 29.* Immediatè seu per semetipsum, cum alicujus personæ, patris, aut matri familias l. 1. §. 3. b. 1. præsentis vel absentis l. 15. §. convitium 7. eod. in fertur, & horum corpus pulsatur, verberatur. l. lex Cornelia 5. in pr. b. aut convitiis adversus bonos mores proscinditur d. l. 15. §. ait prætor 2. Mediatè seu per indirectum & alias personas cum in alium quam qui passus est injuria per consequentiam redundat *Wes. in parat. n. 6.* idque duplici modo, vel quia tales personæ quorum injuria nos attingit subjectæ sunt nostræ potestati vel affectioni. l. 1. §. item 3. b. 1.

25. Sub potestate nostra primo sunt liberi nostri. §. patiuntur 2. *Inst. b. 1. pr. & §. fin. Inst. de patr. potest.* His si injuria sit facta, non ipsis hæc experiri licet, nisi paucis solummodo casibus, ut in l. in persona 30. de pact. l. filius familias 8. de procur. l. 5. §. 6. l. sed si unius 17. §. 10. & seqq. b. 1. sed parentibus actio propterea competit, *Borch. ad §. patiuntur 2. b. n. 1. Sneider. ibid. n. 2.* Injuria enim quæ sit liberis nostrum pudorem perstringere in l. 2. §. neg. adeo 5. hic & per filij corpus parentes magis quam filios periclitari dicitur, in §. fin. *Inst. de nex act. l. isti quidem 8. §. fin. quod met. caus. Wes. in parat.*

parat hic n. 6. Unde parens non erit prohibendus, quo minus duobus iudiciis & suam & filij injuriam prosequatur *l. pater 41. b. l. 39. §. de procurator* in tantum ut quamvis ipse filius volens ludibrio sit habitus, vel etiam ipse injuriam remisit, parenti tamen suo nomine agere sit permissum *l. si quis servum 26. b. e. nec quicquam illi remissio à filio facta obstabit d. l. i. §. 5. quoniam manifestum est eam parenti agere volenti non nocituram. l. in persona 30. in pr. de pact. l. filius 23. C. eod.* Emancipatis tamen si injuria sit facta, ea ad æstimationem parentum non spectare videtur, ac proinde ipsi actionem injuriarum instituere non poterunt, sed soli filij emancipati *l. 17. §. sed si pater 14. ibiq. gloss. §. fin. h. e. Schneidw. ad §. 2. n. 4. b. e.*

26. Actio autem injuriarum quæ filij nomine parenti competit Prætoria dicitur, *in l. 5. §. illud 6. b. e.* hanc parens invito etiam filio remittere & condonare potest, nec ad eam filio datur regressus. *l. sed si 17. §. plane 12. b. e. l. qui cætu 5. §. fin. ad l. juli. de vi publ. Ampliſſ. Dn. Lind. in exerc. Jusſ. ad hunc tit. 12. gloss. in l. 30. verb. quin. de pact.* etiam si post remissam à patre injuriam filius emancipatus fuerit, *arg. d. l. 17. §. 12. §. l. 5. §. 6. b. e. Harp. part. 2. disp. 18. 16. 30. lit. B* nisi filij persona sit honesta, patris vilis & abjecta, tum enim putamus injuriarum actionem filio dandam, etiam si pater eam remittat, quia non debet pater vilissimus filij sui contumeliam ad suam vilitatem metiri. *d. l. 17. §. interdum 17. b. e.* Hæc tamen non intelligenda volumus, de actione quæ ex *l. Cornelia* pro injuria filio facta datur, siquidem illa ipsa filio non patri datur. *Hotom. ad §. 2. Inst. b. e. & sine consensu patris intentari potest, l. lex Cornelia §. illud queritur 6. hic.* Unde nec à patre remittitur.

27. Deinde servi. *§. in potestate 1. Inst. de his qui. sui vel alien. jur.* Hi injuria affecti nullam de hac actionem habent, *§. servus 3. Inst. b.* nequidem manumissi si de injuria in servitute facta experiri velint. *l. 1 §. Labeo. 7. l. servo 30. b. e.* eo quod in contumeliam illorum quid factum dici non possit, utpote qui omni dignitate carentes nullum caput habere dicuntur in *l. 3. §. fin. de cap. minut §. servus 4. Inst. eod. & jure civili pro mortuis planè habentur l. intercidit 59. §. fin. de cond. & demonstr. l. cum his 32. §. si dona-*

tor 6. de donat. inter vir. & ux. l. 32. l. 209. de R. J. Duobus tñ
 casibus dominis eorum pro hac injuria actio competit 1. quando
 servus atrociter verberatur, vulneratur, aut fustibus caeduntur,
 & 2. quando aperte ad contumeliam domini injuria respicit. *S. 3.*
Inst. b. t. tum enim domino per servos facta creditur. *d. S. 3.* &
 propterea soli domino agere licet, in tantum ut nec usufructuario
S. quod si 5. Inst. b. t. nec bonæ fidei possessori actio concedatur
S. 6. Inst. eod. nisi ad contumeliam horum directè injuria spectet.
d. S. 6. in fin. Extra hos binos casus domino actio quidem non da-
 tur, sed ne propter strictam disputandi rationem maleficia ma-
 neant impunita. *l. 51. S. fin. ad l. aquil. prætor injuriose facta servo*
inulta relinquere non debet l. 15. S. si quis sic 35. b. & magistratus
ex officio aliis cessantibus ad criminum animadversionem proce-
dere necesse habet. l. congruit. 15. de offic. presid.

28. Communi servo si injuria sit facta, quia in contumē-
 liam dominorum illa vergit, non simpliciter ex portione domi-
 nica æstimatio erit facienda, quando secundum dignitatem domi-
 ni sunt inæquales, alter sc. nobilis alter ignobilis, sed ex domi-
 norum persona. *S. si communi 4. Inst. hic ita.* ut pluris æstimet hanc
 injuriam nobilis, minoris ignobilis, non tamen pro majori vel
 minore parte quam pro quisquam dominus est. *l. sed non 16. eod.*
 illa ipsa enim portio dominica ex qualitate & dignitate personæ
 dominorum æstimatur *Ampl. Dn. Lindem in exerc. Just. hic, lb. 24.*
gloss. ad d. S. 4. Inst. eod. Et hoc modo rectè *d. l. 16. b. 1.* cum *S. 4.*
Inst. b. t. conciliatur nec cum *Hotomanno* & aliis, inexplicabilis
 Antinomia hic fingenda.

29. Dicta de servo *dd.* rectè quoque ab subditos & va-
 fallum extendunt, & horum nomine domino superiori actionem
 concedunt, quando in ipsos injuria redundat, & injuria reali ita
 sunt affecti ut operis eorum domini ut commode non possunt,
 aut jurisdictio illorum per hujusmodi injuriam est interurbata
Wes. in p. hic n. 6. in fin. Petr. Theodoric. in Coll. crim. disp. 2. rhes. 18.
lit. C. Scr. ad de feud. p. 6. c. 7. in fin. Heig. ad S. servus. 3. Inst. b. t. n. fin.
 Idem dicendum erit de injuria in nostram contumeliam, liberis
 hominibus pro mercede nobis servantibus, facta, *Schneid. b.*
num. 29.

30. Affectioni nostræ subsunt uxores nostræ. l. 1. §. *item*
3. b. t. has leges civiles maritali quidem potestati non subjiciunt,
sed patriam potestatem parentibus integram in eas reservant. l. 1.
§. 1. de lib. agnosc. l. 1. in fin. & seq. de lib. exhib. l. 2. §. quod si 1. l.
quoties 29. solut. matrim. l. 3. & 4. C. de don. int. vir & uxor. l. filie
12. ubi Gotofr. C. de colat. l. si uxorem. 5. C. de condit. in ferr. ut hinc
pro injuria filix familias nuptæ facta, parenti actionem conce-
dant d. l. 1. §. fin. hic. Quia tamen affectus maritalis omnium amo-
res & amicitias superat, Bod. lib. 1. de Rep. c. 3. Jam vero & maritus
contumeliam uxori illatam tanquam proprio corpori factam,
ægerimè fert, utpote qui se ludibrio habitum sentit, marito quo-
que jure pro hac injuria actionem instituere est permissum, in tan-
tum ut hoc casu ex unâ injuriâ tres orientur injuriarum,
actiones, sc. quæ patri, Marito & ipsi uxori competit, nec alia
per aliam consumatur. §. 2. Inst. b. l. 1. §. fin. l. cum qui 18. §. si nupta
2. eod. Ampliè. Dn. Lindeman. exerc. just. hic tb. 14. Ad injuriarum
actionem sponsum quoque admittendum putamus, etenim spe-
ctat ad contumeliam ejus injuria quæcunque sponsæ est facta l. 15.
§. sponsam 24. b. t. & licet sponsa aut uxor injuriam remiserint,
nihilominus tamen ea marito & sponso patet. Lind. d. loc. thes. 15.
quod si autem viro aut sponso injuria sit facta, uxor aut sponsa in-
juriarum non agit, quia defendi uxores à viris, non viros ab uxo-
ribus æquum est. §. patitur. 2. in fin. Inst. b. t. l. quod si 2. eod. Bocer.
class. 4. disp. 4. thes. 12.

31. Secundo Nurus d. l. 1. §. 3. b. t. socer ergo nurus no-
mine, cujus vir in ejus est potestate, injuriarum agere potest, §. 2.
Inst. b. t. d. l. 1. §. 3 propterea autem virum in potestate esse oportet,
quia per ipsius personam hæc actio patri quæritur, qui si sui juris
esset non patri, sed ipsi soli actio acquireretur. Horom. ad §. 2. Inst.
verb. socer.

32. Non extra oleas vagabimur si quaestionem illam sa-
tis controversam, num frater vel alius consanguineus pro injuriâ
fratri aut conjunctæ personæ illatâ, injuriarum agere possit? hoc
loco commodè inferamus. Et quamvis injuria fratri vel aliis
consanguineis facta totam cognationem pertingat, l. lex cornelia
5. b. t. l. 1. 2. & 3. de liberm. caus. & testimonij dictionem & judi-
catio-

actionem agente ex istâ injuriâ cognato aut fratre, impediatur. *d. l. 5. b. t.* Non tamen exinde fratri adversus convitiatorem, etiam si frater negligat, actionem natam putamus: Quia iure singulari hoc est indultum marito, patri, domino & focero, ut pro injuria uxori, filio, servo & nuru facta experiantur. *l. 1. §. 3. & §. fin. h. t. §. 2. Inst. eod. quod jus singulare in alijs personis non est trahendum ad consequentiam l. quod vero 14. & seqq. de legibus. & hinc colligendum diversum statui in alijs personis, sc. pro injuriâ fratris aut aliâ conjunctæ personæ factâ fratrem experiri non posse. Wes. in parat. n. 6. Bocer. class. 4. disp. 4. thes. 11. Harprecht. part. poster. disp. 18. thes. 31. lit. B.*

33. Expeditis personis tam facientibus quam patientibus injuriam, ex propositâ methodo thes. 5. supra sequantur injuriam inferendi modi. Variis autem modis eam committi exemplis subjectis in §. 1. & seqq. Inst. h. t. Imperator Justinianus edocet, quæ tamen omnia ad binos illos modos relatos ab Ulpiano in *l. 1. §. 1. de de injur.* referri posse non dubitamus, Unde injuria rectè alia Realis alia Verbalis dicitur, *d. l. 1. §. 1. l. 15. §. generaliter 27. b. t. Treutl. vol. 2. disp. 30. thes. 5. lit. C. Jul. clar. lib. 5. recepr. sentent. §. injuria. n. 1. & sub verbali etiam ea quæ per scripturam seu Famofum libellum inferitur comprehenditur Fach. lib. 9. controuv. jur. c. 9. Wes. in parat. n. 3. b. t. Iust. Meier. in Colleg. Argent. hoc tit. thes. 5. & 38. Arith. peric. Acad. 3. disp. 4. thes. 2. lit. d. in fin. Gail. lib. 2. obs. 104. n. 1. cum ut ait Iustus Paulus in *l. non figura 38. de O. & Act.* non figurâ literarum sed oratione quam expriment literæ, obligemur.*

34. Realis injuria est quotiens manus alicui inferuntur. Ulp. in *l. 1. §. 1. b. t. Wes. in parat. eod. n. 7.* vel facta aliquo injurioso indignè quis afficitur. Theodoric. in coll. crim. disp. 2. thes. 16. lit. a. quod sit dupliciter vel Propriè vel Impropriè.

35. Propriè cum scilicet corpori inferitur & realibus convitiis idipsum contumeliosè tractatur. Hen. Boc. clas. 4. disp. 4. thes. 16. veluti si alicujus crines & barbam quis expilaverit 2. Feud. tit. de pac. renend. 27. in pr. §. si quis aliquem. Gothofr. ad l. 8. b. t. fimo corrupto aliquem per fuderit, coeno & luto obliniverit *l. 1. §. 2. de extraord. crimin.* medicamento aliquo seu poculo amatorio mentem alienaverit *l. 15. in pr. b. t. si quis stuprum alicui inferat.*

sch

vel stupri causa in aliquam irruat. *Harp. part. 2. disp. 13. thes. 2. tit. D.*
si quis ab aliquo vulneretur §. *atrox. 9. Inst. hic.* mala & os alicujus
pugno percutiantur §. *pen. Inst. eod.* si iudex nullo jure quæstionem
de aliquo habuerit & in torquendo modum excesserit *Gilbus. in*
com. de injur. & famos. libell. §. 5. n. 243. Si fustibus cæsus aut pu-
gno pulsatus vel etiam verberatus quis sit §. 1. §. 8. §. 9. *Inst. b. r. l.*
lex Cornelia §. in pr. eod. quæ posteriora in hoc differre Jctus Offi-
lius scribit quod verberare sit cum dolore cadere, pulsare sine do-
lore d. l. 5. §. 1. *Hotom. ad §. 1. Inst. hic Azo in summa aur. ad hunc. tit.*
n. 7. Jul. Clar. lib. 5. §. injuria. n. 1. ibi. scias autem Amplif. Lind. exerc.
Inst. b. r. thes. 2.

36. Impropricè, cum extra corpus & citra ejus offensam
& violentam tractationem facto aliquo quis despicitur *Treutl. part.*
2. disp. 30 thes. 5. lit. e. vel in bona & domum alicujus tale quid com-
mittitur quo alterius æstimatio vilescat & lædatur, ut si alicujus
bona quasi debitoris qui nihil debebat possessa sint ab eo qui intel-
ligebat nihil eum sibi debere. §. 1. *Inst. hic. l. item 15. §. si quis bona*
31. eod. si quis non debitorem quasi debitorem injuriæ faciendæ
causa appellaverit, id est, ut solvat denunciaverit d. l. 15. §. 33. aut
indebitè aliquem arrestari curavit *arg. l. 31. §. fin. de reb. auct. jud.*
poss. Arib. per. 3. disp. 4. thes. 3. lit. a. in med. Pekius de jur. sistend. c.
18. n. 1. & seqq. ut eum allegat Heig. ad §. 1. n. 6. hic. Si Scia domum
absentis debitoris signavit sine autoritate ejus qui concedendi,
jus & potestatem habuit. *l. si injuria. 20 b. r.* si quis re meâ uti non
permittat *l. 13. §. ult. vers. aut si quis. b. r.* & servum proprium di-
strahere prohibeat. *l. si quis proprium 24. b. r.*

37. Item: si quis per injuriam ad tribunal alicujus me-
interpellaverit vexandi mei causa. *l. injuriarum 13 §. 3. b. r.* vel litiga-
tor arbitrum & judicem spernat, & ad alium eat. *l. litigatores 11. in*
pr. de recept. arbit. si injuriæ causa januam alicujus quis effringat
l. 53. in pr. de furtis. & domum invito domino seu habitatore vi quis
introeat. *l. 5. in pr. §. 2. & 3. l. 23. b.* quæ injuria & specialiter l. Cor-
nelia vindicatur d. l. 5. in pr. b. §. sed & 8. *Inst. eod. eo quod domus*
cuiq; tutissimum refugium atq; receptaculum esse debeat. *l. ple-*
rumq; 18 de in jus vocand. & in civilibus nemo inde extrahatur *l. 21.*
de in jus voc. l. 103. de R. J. Si in mari prohibeatur quis piscari, e-

verriculū ducere, in publicum lavare vel in caveā publicā sedere, aut in quo alio loco agere sedere, conversari *l. 13. §. fin. b. literas* alicujus quis signet aut resignet *Wes. d. l. n. 7.* Si legationes, munera & alij honores per injuriam injuncti sint & per injuriam injustam sententiam quis dixerit *l. injuriarum 15. §. 5. b. t.* si inferiorum ædium Dominus superioris vicini fumigandi causa fumum fecerit *l. pen. b. t. l. 8. §. 5. si servitus vindic.* si vicinus in vicini domum vel fundum stercora aliosvè pedores non casu fortuito aut aliqua culpā, sed ex proposito effundat & projiciat. *d. l. pen. b. t.* si pro rei qualitate evidentissimè locupletem vel (si dubitatur) approbatum fidejussorē judicio sistendi causa quis non acciperit *l. 5. §. 1. qui satisd. cogantur.* vel creditor meus cum paratus sim solvere in injuriam fidejussores meos interpellaverit. *l. 19. b. t.*

38. Notandum hic tamen ubi de injuriā manifestè non constat, actus eos qui citra injuriam intelligi possunt, in meliorem partem esse interpretandos & sic accipiendos ut ab injuriā sint remoti. *arg. l. item apud. 5. §. si communem 36. b. l. merito 51. pro socio. l. cum pater 77. §. rogo 25. de leg. 2. l. omnimodo 3. circ. pr. C. de inoffic. testam.* Unde injuriarum conveniri non potest, si ab evidentissimè locuplete fidejussorem quis sibi dari postulet, licet enim is à quo fidejussor exigitur satis sit idoneus & locuples, tamen quia mille casibus contingere potest, ut dives facultatibus labatur & solvendo esse desinat, is qui adversus fortunæ inconstantiam fidejussoribus datis sibi caveri postulat injuriandi animum habere non creditur, eo quod sui juris conservandi & majoris securitatis causa id fecerit, quale propositum à dolo & injuriā aliquem excusat *l. injuriarum 13. §. 1. b. t. l. 3. §. is tamen 2. de lib. homine exhib. l. nullus 55. d. R. 7.*

39. Minus propriè seu extra corpus quoque illata centur injuria, si honestam matronam vel virginem blandis vel turpibus verbis interpellaverit ut liceat sibi ejus pudicitiam atrectare *§. 1. Inst. b. l. 1. §. 2. l. 9. §. ult. eod.* & id egerit ut ex pudicā impudicam efficiat. *l. attentari 10. b. t.* si matronæ comitem abduxerit *d. l. 1. l. 15 §. si quis virgines 15 vers. si igitur b. t.* & etiam si non abduxerit modo persuaserit ut eam desereret *d. l. 15. §. 18. l. 11. §. 6. eod.* si mulierem non meretricè veste sed matronali habitu indutam
appel-

appellaverit & frequenter seu assiduò tanquam commune scorum affectatus fuerit, *d. l. 15. §. 15. §. 19. §. 20. §. 22. b. t.* si in contemptum & despectum alicujus linguam exereat, oculos distorqueat, faciem de formet, & malam crucem aliudve infortunium alicui precetur *arg. l. 15. §. generaliter 27. b. t. Meier. in Coll. Argent. ad b. t. thes. 4. n. 33.* si ad invidiam alicujus veste lugubri & squalidâ ac si reus esset, publicè quis utatur, aut si barbam demittat, aut capillos submittat. *l. vestem 39. d. l. 15. §. 27. b. t.* si alicuius vestimenta injuriose tangat *Harp. par. 2. disput. 18. thes. 6. lit. a.* vel etiam injuriæ causa & ex lasciviâ osculum invitæ dederit. *Petr. Theodor. in Coll. crimina disp. 2. thes. 16. tit. f. arg. l. 16. C. de donat. ant. nupt. ubi Gotofr.* quo tamen casu soli excipiuntur Clerici hos enim benedicendi animo, non libidinoso mulieres amplecti & osculari *gloss. in c. absq. 11. q. 3.* & communiter CC. credunt. plurâ exempla extant passum *b. t.*

40. Verbalis injuria est quoties non manus inferuntur, sed adversus bonos mores ad infamiam & invidiam alicujus convitium fuit, ac quibuscunque verbis dignitas & æstimatio alterius læditur. *l. 1. §. 1. l. 15. §. 2. §. 5. & 6.* dictum exinde quod in unum plures voces conferantur quasi convociam *d. l. 15. §. 3.* Idque contingit duobus modis Dicto & Scripto.

41. Dicto, quotiens petulanti linguâ turpes & contumeliosæ in aliquem pronunciantur voces, vel etiam proferri curantur. *l. 11. in pr. l. 15. §. 2. §. 8. §. 17. l. 17. §. 2. b. l. 1. §. persuadere 3. de serv. corrupt.* ut si quis in rixam prolapsus in consulto calore homicidij crimen alicui objecerit. *l. si non 5. C. b. t.* si hominem immaculatæ famæ delatorem *l. si omnes 3. C. eod. liberam personam servum l. 11. §. fin. l. 12. ff. eod. l. si tibi 31. C. de lib. caus. l. qui liberis 9. §. si quidem 10. C. b. t.* ex legitimo matrimonio, vel etiam illegitimo natum, postea autem à principe legitimatum, spurium, vel bastardum *arg. l. 3. C. b. t. l. 15. §. 5. 6. & 27. ff. eod. hominem Christianum ignominiosè Judæum Henon. disp. jurid. lib. 1. disp. 18. tb. 28.* honestam matronam Meretricem dixerit aut falso aliquem furem appellaverint. *Job. Bonifacius Ictus Venetus in tract. de furt. §. possess. onusve 6. n. 32.* vel excipiendo contra testes, ad eorum exclusionem criminis alicujus ipsos insinulaverit, in cujus probatio-

ne postea deficiat. *Theod. Petr. in conclus. crim. concl. 60. Harp. p. 2. disp. 18. thes. 14* quod adeo simpliciter erit verum ut nec cum *Dn. Aruma.* inter causas leviores & graviores distinguamus pro ut ipsefacit, *exerc. Inst. 17. thes. 18.*

42. Item: si in famandi animo quem Cucurbitam, eum, sc. qui uxorem suam machis permittit, connivetq; ut alij uxore turpiter abutantur, vel Cornutum quem vulgò *Jhanrey* dicunt, vocaverit *Jul. Clar. lib. 5. receptar. sentent. §. injuria n. 1. Meier. coll. Argent. in b. e. thes. 5. n. 10.* si paupertatem & patrimonij vilitatem alicui objecerit. *Heig. ad §. 1. Inst. hic.* si per Ironiam, de quo piam absente dixerit ille est bonus vir, eruditus Advocatus, eximius Philosophus, &c. vel presenti Tues vir honestus sc. *Harp. p. 2. disp. 18. thes. 17.* si non provocantem mendacij congruat dicendo Tu mentiris *Francisc. Zoannett. in tract. defens. part. 1. n. 53.* Denique generaliter, si tale quid quispiam dixerit, quod in contumeliam alicujus vergat, quodque infamiâ facti apud bonos quem gravat & reddidit contemptibiliorem, etiamsi per se non sit criminofum, injuria erit. *Wes. in parat. ad hunc t. b. 8.*

43. Et licet quis antequam has voces contumeliosas in aliquem evomat, cum prafatione honoris dixerit, salvo honore tuo, dieß ist unvorleß deiner Ehren nicht wahr sondern erlogen/ Injuriarum nihilominus actio nascetur. *Coras. miscell. lib. 6. c. 24. n. 3. & 4. Jul. Clar. §. injuria. n. 13. Arietm. pericl. 3. disp. 4. thes. 3. tit. a. Job. Schneidw. ad §. 1. Inst. hic. n. 8. & seq. nec excusabit protestatio facta contraria. Ampliff. Dn. Lindem. exerc. Just. ad b. e. thes. 30. l. si quis extraneus v. ubi Dd. de acq. hered. Gail. lib. 1. obs. 73. num. 7. lib. 2. O. 101. n. 2. nihilque in re manifesta, quæ in facto consistit, artes verborum subtilium & simulatae protestationes proficient. arg. l. continuus 137. §. 2. de V. O. Harp. d. loc. thes. 12. Gail. d. loc. Obs. 101. n. 3. eo quod foedissimum sit mendacij crimen & ipso furto gravius. *Eccles. 20. v. 26.* Idem erit, si sub conditione loquatur, veluti si hoc dicas aut dixeris vel feceris, ego se scelestum vel furem voco. *Boc. clas. 4. disp. 4. thes. 28.* cum conditio in præsens vel præteritum tempus relata conditionis non habeat naturam, sed statim intentionem proferentis fa-*

ciat puram, si id quod in conditione habetur se ita habeat. *l. 37. de reb. cred. l. 100. de V. O. §. conditiones 6. Inst. cod. tit.*

44. Hæc tamen omnia ex mente proferentis & animo injuriandi æstimabuntur *l. si non convitiij 5. C. b. t. l. qui servum 34. in pr. de obl. & Act. arg. lib. 50 §. 2. l. 53. de furtis.* Si enim ad defensionem & purgandi sui causa injuriosa verba quis proferat, crimine excusabitur *arg. l. que omnia 25. §. 1. de procurat. Theod. Petr. in Concl. crimin. concl. 60. Fachina. 9. contr. jur. c. 12. & ignoscendum hoc casu erit ei qui se ulcisci voluit provocatus l. qui cum 14. §. 6. de bon. libert.*

45. Media quoque verba, seu indifferenter prolata ita ut possint in utramque partem & in bonam & malam flecti, in dubio in bonam & mitiorem sunt accipienda. *Harp p. 2. disp. 30. thes. 11. Sued. ad §. 1. Inst. b. t. n. 11. & non animo injuriandi esse prolata, censenda arg. l. interpretatione 42. de pœn. l. factum 155. §. fin. de R. 7.* Unde si quis alicui dixerit Falsum dicis injuriarum, actio non nascetur, cum non hoc proferens intendat, quasi mendacij alterum inculset, sed quod concedat quidam quantum in ipso sit non illum fallere, ab aliis tamen falsa pro veris narrata referentem falli, & differunt maximè dicere falsum seu non verum & mentiri. *arg. cap. is autem. 22. quest. 2. Ex circumstantiis tamen si de contumeliâ & animo injuriandi, dum hæc verba Falsum dicis, proferentur constet, contrarium potius erit dicendum, actionem sc. injuriarum natam. Harp. all. loc.*

46. Scripto irrogatur injuria quotiens literis & scripturâ quoque modo verbis intelligentibus expressâ dolosè & contumeliosè quis despicitur *§. 1. Inst. hîc l. lex Cornelia. 5. §. 9. & seqq. l. 10. cod. l. unic. C. de Famos. libell. & dignitas & fama fugillatur. Ampli. Dn. Lind. in exer. Inst. ad b. t. thes. 5.* Idque vel Libello Famoso in specie dicto Pasquillo, vel alia quapiam scripturâ.

47. Famosus libellus est, quo notabile, famosum & nominatum aliquod delictum, ut Homicidij, Adulterij, Furti, &c. dolo malo alicui objicitur, *Boc. class. 4. disp. 4. th. 35. & recto nomine crimen aliquod pœnam capitale corporis inflectivam, merens impingitur; nec refert nū libellus ille contineat diffamati nomen, vel id ipsum omissum sit. Azo. in sum. cod. b. t. n. 4. Job. Schneid.*

Schneidw. ad § 1. Inst. b. n. 1. an editus sit auctoris nomine, an alterius, an sine nomine l. 5. § si quis 9. vers. etiamsi b. t. Wes. in p. h. c. n. ult. Treutl. disp. 30. thes. 5. lit. I. vol. 2.

48. Hoc famosi libelli delictum veteribus Romanis in ipsis Reipubl. illius primordiis florentibus, atrocissimum & adeo detestandum semper visum fuit ut Decemviri legum condendarum legibus suis 12. tabularum capitalem pœnam constituerint in eum qui ad contumeliam alterius carmen famosum condidisset, sic enim *Marcilius c. 65.* referente *Conrad. Rittersbus.* in comment. ad ll. 12. tab. clas. 2. c. 13. legem illam à Decemviris conceptam fuisse opinatur: *Si quis occentasset malū carmen, sive condidisset quod infamiam faxit flagitiumve alteri capitale esse. Quod Q. Horatius Flaccus de supplicio fustuario Romanis veteribus usitatissimo interpretatur l. 2. epist. 1. ad Augustum.* Quin etiam lex,

Pœnaq̄ lata malo quæ nollet carmine quemquam
Describi, vertère modum formidine fustis.

fustibus namque ad necem usque cædebantur, quod fustuarium & plenius supplicium fustuarium veteribus dicebatur. *Rittersbus. alleg. loc.* Postea per l. Corneliam de injuriis vel potius Scto circa eam rem facto capitale supplicium in pœnam infamiae est mutatum, ut sc. in testabiles essent hoc nomine condemnati l. 5. §. 10. *§ injur. l. ob carmen 21. de testibus l. is cui 18. § fin. qui testam. fac. poss. nec testes in ullà causà adhiberi possent l. cum lege 26. qui test. fac. non solum ipsi componentes §. 1. Inst. hic sed etiam scribentes, d. §. 1. l. 5. §. 9. eod. & tale quid emendum vel vendendum curantes d. l. §. 10. b. 1.* Divus Augustus Imp. denique cum nec ipsi pareretur, sed in ipsà curià famosi libelli essent sparsi non expavit, nec magnà curà redarguit, cum ne requisitis auctoribus quidem, id tantum censuit, cognoscendū posthac arbitrarià & extraordinarià pœna de iis qui libellos famosos ad infamiam cujuspiam suo alienove nomine edidissent. *Sueton. Tranq. in vit. Oct. Aug. c. 55.* Quod exemplum patris imitatus filius adoptivus Tiberius Caesar. §. illud 11. *Inst. de adopt.* & ipse magno animo libellos famosos contra se sparsos contempsit, & adversus convitia maloque rumores & famosa de se ac suis carmina firmus ac patiens subinde jactabat: *In civitate liberà linguam mentisq̄ liberam esse debere.*

bere. Suet. in vit. Tiber. c. 28. Domitianus deniq; scripta famosa vulgoq; edita. quibus primores viri & foeminae notabantur, abolevit non sine authorum ignominia. Idem in vit. Domit. n. 8. Donec tandem Imp. Valentin. & Valens poenam Capitaalem l. 12. tabul. huic crimini statutam & diu intermissam reduxerunt & delictum hoc acerrime coercere voluerunt. verba Imp. extant. in l. unic. C. de famos. libell.

49. Quod Carol. V. in *const. crim. artic. 110.* sequutus communem Dd. sententiam eò extendit, ut authorem famosi libelli puniendū existimet, non tantum si falsum, sed etiam si verum crimen quod probare paratus sit, alicui objecerit, quo tamen casu si sc. author libelli crimen objectum probet, secundum moderationem judicis & mitiori poenà esse plectendum ejusdem Constitutionis verba evincunt.

50. Hodie dum propter famosum libellum editum poena in fligi debet, distinguitur inter crimina impacta & in diffamantem Talionis poena rectè constituitur. *d. constit. crim. art. 100. Ampliss. Dn. Lind. in exerc. Iust. b. t. thes. 9.* Ita ut si in libello famoso capitale aliquod crimen vel aliud grave scelus, ad creandum alicui periculum, objectum sit, poenà capitali vindicetur & eadem animadversione coerceatur qua dignum erat illud crimen quod in libelli objiciebatur. Alias extraordinaria & mitiori poena author libelli erit coercendus. *Wes. in pat. b. t. n. 6. cir. med. Heig. ad §. 1. Inst. b. t. n. 4.*

51. Alia injuriosa scriptura est, quā absq; infamiae notā dolose quis illuditur & contemnitur, ut si luscus, spurius, pediculus, claudus aliove cōtumelioso nomine in scriptā cantilenā, comœdiā, Rythmo &c. quis appelletur & traducatur. *l. 15. §. 27. b. t. Boc. class. 4. disp. 4. thes. 36. Harprecht. p. 2. disp. 18. thes. 19. lit. C.* Et differunt in hoc Famofus libellus & injuriā scripto comprehensā quod in famoso libello objiciatur delictum infamiam inurens, ex alto vero scripto injurioso in famiae notam nemo incurrat. *Wes. in par. bic. n. fin.*

52. Utraq; hæc injuria tam Realis quam Verbalis prout vel graviter vel leviter infertur, Atrox & Levis in jure dicitur. *l. prator edixit 7. §. atrocem 7. & 8. l. 8. l. 9. b. t. l. 16. §. 6. de pan. §. a*

D

trox

atrox §. *Inst. eod.* hoc fine ut in decernendis pœnis custodiantur gradus & secundum delicti gravitatem & levitatem pœnæ quoq; intendantur & remittantur. *arg. l. aut facta 16. §. 3. de pan. Heig. ad §. 9. Inst. h. in pr.*

53. Ex hinc autem potissimum Circumstantiis Atrox & contumeliosior injuria redditur, videlicet: Ex facto vel re ipsa, si ab alio quis vulneratus vel sustibus cæsus & os percussum sit §. *atrox* §. *in pr. Inst. h. t. l. 7. §. 8. vers. re autem. eod.* Ex loco perpetrati delicti, si in theatro, foro vel in conspectu prætoris injuria sic facta d. §. 9. nam atrocior est illa quæ sit in conspectu quam in solitudine d. l. 7. §. 9. *ex tempore.* Ex loco vulneris ut si in oculo quis sit percussus d. §. 9. *vers. nonnunquam.* & vulneris magnitudo atrocitatem fecerit l. *vulneris* §. *h. t.* Ex persona tam inferente l. *sed si unius* 17. §. *quædam* 3. *hic.* quam patiente d. §. 9. *vers. vel ex persona. Inst. eod.* si sc. personæ in dignitate constitutæ ab humili sit facta, ut magistratui, à subdito, parenti à filio. d. §. *libero à servo* l. 17. §. 3. *h. t.* si berto à patrono dum servile quid ab hoc patitur l. 7. §. 2. *in med. h. t.* Ex tempore, si sacerdoti illata sit, dum esset in sacerdotio & dignitatis habitum ac ornamenta præferret. l. *atrocem* C. *de injur.*

54. Levis quæ sit injuria ex prædictis facili labore intelligetur, cum contrariorum eadem sit ratio & cognitio *pr. Inst. de his qui sunt sui vel al. pr. Inst. de tutel. & quæ non est atrox, levis rectè dicatur:* Arbitrio tamen judicis an atrox an levis aliqua sit injuria, merito relinquitur, qui id omne pro sua discretione æstimabit & definiet. *Boc. clas. 4. disp. 4. thes. 47.*

55. Superest ut de injuriæ Vindicatione dispiciamus quæ nostri defendendi & famam salvam retinendi causa impositam, injuriam legitimis mediis propusamus, Estque vel Privata vel Judicialis: Privatim nos vindicamus cum propria auctoritate non requisito judice injuriam nobis factam repellimus & in inferentem referimus. *tot. tit. C. quand. lic. usuc. sin. jud. se vindicar. Boc. clas. 4. disp. 4. thes. 45.* idq; duplici modo vel Re vel Verbis.

56. Realis, quæ in specie Defensio dicitur, est quæ irruenti in nos lædendi & nos vulnerandi animo, armis & quocunque modo possumus resistere licet, & si periculum aliter evitari non possit etiam occidere jure est permillum. l. *ut vim.* 3. *ubi Zoannes de*

just.

just. & jur. l. 1. §. vim. vi 27. de vi B. vi armat. l. itaq. 4. ubi Gothofr. l. sed est. §. scientiam 45. §. qui cum 4. ad l. aquil. quod confirmat Carol. V. in consil. crim. art. 139. & 140. ibi. So einer jemand mit tödtlichen Waffen oder Wehr vberleusst / ansicht oder schlegt / vnd der benötigte kan füglich ohn fährlichkeit oder vorlesung seines Leibes / Lebens / Ehr vnd guten Leumuths nicht entweichen / so mag er sein Leib vnd Leben ohn alle straff durch eine rechte legen wehr erretten / vnd so der Bénédiger entleibet / ist er darumb nichts schuldig. Unde qui tali modo occidit pro innocente planè habetur, Hippol. de Mars. in pract. crim. §. oportune. n. 27. Wes. ad tit. C. quand. lic. unic. se fin. jud. n. 8. & extra poenam est, l. 2. C. ad l. Cornel. de sic. defensor n. propriae salutis in nullo peccasse videtur d. l. in qui aggressorem, 2. C. eod. nec est crudelis qui crudeles jugulat. c. non est crudelis. c. cum homo caus. 23. q. 5. c. occidit c. 23. q. 8. & quod lege permittente fit poenam nullam meretur l. grachus 4 C. ad l. Jul. de adult. l. fin. ubi Dd. quod quidq. jur. Tali vindicatione quandam alicubi ancillam usam fuisse Boc. class. 4 disp. 4. thes. 45. lit. B. scribit quando adolescenti cui-dam qui ei vitium afferre per vim laborabat, virilia praescidit.

57. Hæc defensio initium suum ex jure naturali trahit, l. itaq. 4. ad l. aquil. principio enim omni generi animantium hoc est naturâ tributum ut se, vitam que & corpus tueantur, declinent que ea quæ nocitura videntur. Cic. lib. 1. offic. & hæc nõ scripta sed nata est lex, quam non didicimus, accepimus, legimus, verum ex natura ipsâ arripimus hausimus, expressimus. idem in Orat. pro Mil. Hinc est quod videamus non solum homines, sed etiam animalia bruta, ut aves, pisces & similes morti resistere & eo summa vi conitari ut statum suum quam longissimo tempore salvum & incolumen conservent. arg. l. 1. §. ardetes n. si quod paup. sec. d. Romulei in comp. homicid. p. 1. n. 20. Ne tamen hæc naturali libertate abuterentur homines & veluti animalia bruta in vindictam ruerent, Leges Civiles Moderamen in culpata tutela achibendum omnino voluerunt. l. 1. C. und. vil scientiam 45. §. 4. ad l. aquiliam. ne atrocior esset defensio quam offensio. Krenb. in tractat. de necess. defens. q. 1. n. 22. nec injuriæ propulatio vindi-

vindictam magis quam defensionem saperet. *Kremb. d. l. quod moderamen inculpatæ tutelæ quale sit & in quibus consistat explicant gloss. & Dd. in d. l. l. C. und. vi.*

58. Dicta de defensione corporis rectè ad defensionem rerum extendendū putamus arg. l. 52. §. 1. ad l. aquil. l. furem 9. ad l. Cornel. de sic. l. quod est 3. §. 9. de vi & vi armat. l. 1. ibi, & quod ferum est puniri iudicio. C. quand. lic. unic. fin. jud. gloss. in l. 3. de just. & jur. Res enim & pecunia alter sanguis hominis & altera beatitudo dicitur l. bonorum. 49. de V. S. Ern. Corbman. consil. 91. n. 35. vol. 2. & pauperi vitam ducenti vitam esse supplicium & mortem solatium in simili dicit Imp. Justin. in l. quisquis 5. C. ad l. Jul. Majest. Unde possidenti ad defendendam possessionem quam sine vitio tenebat inculpatæ tutelæ moderamine illatam vim propulsare licet. l. 1. C. unde vi. non tamen cum occisione adversarij nisi accesserit simul periculum corporis & vitæ. *Zoanet. in tract. defens. part. 1. n. 42. plura de hac defensionis materia videri possunt apud Zoanet. in d. tract. Defens. tripart. Romuleium in compend. Homic. Obrecht. de nec. def. Bocer. de bell. & duell. lib. 2. c. 9. Kremb. de nec. def. Novell. in tract. ad defens. Forr. Garc. in comm. ad l. ut vim 3. de jus & jur. & Salomon. ibid.*

59. Verbalis quæ aliàs Retorsio dicitur, est legitima contra injuriam verbalem nostri tuendi causâ, in continenti facta verbalis repulsio. Hæc æquè ut illa Realis quam pro defensione corporis concessam supra thes. 56. diximus, legitima & omni jure permilla erit censenda l. ut vim 3. de J. & J. l. qui cum major. 14. §. si libertus 6. de bon. libert. l. que omnia 25. de procurat. & summam continere æquitatem cum Dn. Ernest. Corb. conf. 45. n. 98. vol. 1. dicendum, Unde si aliquem furem & scelestum quis dixerit injuriam hanc retorquere illi licet & regerere his verbis. Id mentiris ut scelestus & fur, vel vulgari modo Germanico, du redest solches nicht wie ein ehrlicher Mann / sondern als ein wissentlicher verlogner Dieb vnd Ehrenschender / *Bocer. clas. 4. disp. 4. thes. 45.* vita enim & fama pari passu ambulant l. justa 9. ubi Gothofr. de manum. vind. l. isti quidem 8. §. quod si 2. quod met. causa. & graviol. censetur honoris & famæ quam oculorū & omnium bonorum amissio & jactura l. infamia 8. C. de decur. l. in servorum 10. §. fin. de pan

pen. Si ergo nostrum licet tueri corpus etiam occidendo adversarium quid ni licebit æstimationem & honorem nostrum legitimo retorsionis remedio adversus verbalem injuriam inferentem tueri ac defendere: *vid. Fach. cont. jur. lib. 9. c. 12.*

60. Ut tamen legitima sit Retorsio *i.* Incontinenti eam factam esse necesse est. *l. quod est 3. §. enim igitur 9. l. qui possessionem 17. de vi & vi armat. l. sed & parum 12. quod met. causa.* quia quæ ex intervallo fit non honoris tuitionem sed meram sedit ultionem *d. l. 3. §. 9. ubi Gotofr.* Proinde necesse habet is cui absentis convitium est factum ut quam primum id resciscat impositam injuriam in imponentem retorqueat, vel contestando de hoc, coram testibus & Notario, qui super hæc instrumentum conficiat & adversario exhibeat, vel propria manu conficiendo scripturam quam per Notarium & testes obtrectatori exhibendam curabit. *Boc. clas. 4. dis. 4. tb. 46.* & isti retorquendi modi ideo sunt tullissimi, quod injuriam passus propter presentiam testium & Notarii, nec non propter publicum instrumentum super Retorsionis actu confectum perpetuum consequatur testimonium, quo edocere possit, se injuriam sibi illatam non neglexisse, sed bona conscientia fretum in adversarium legitimo modo retorsisse *Harp. ad §. hæc actio 12. Inst. h. t. n. 263.*

61. 2. Cum moderamine inculpatæ tutelæ *l. scientiam 45. §. 4. ad l. aquil. l. si adulterium 38. §. 8. ad l. jul. de adult. gloss. in l. 1. C. und. vi.* si ergo inter privatos parietes injuria verbali quis sit affectus, & ipse scheda retorsionis publicè affixâ injurianti mendacium objiciat, hunc inculpatæ tutelæ moderamen excessisse nihil dubitans, sed hoc casu nõ ordinaria sed extraordinaria & mitiori poenâ sc. ratione excessus tantum venit plectandus *d. l. 38. §. 8. l. grassus 4. C. ad l. jul. de adult. Hip. de mars. in pract. crim. §. quoniam n. 68. Job. Schneidw. tit. de J. N. G. & C. quest. qui sunt effectus jur. Gent. secundarij.* Illud hic breviter notandum Retorsionem retorsionis esse illicitam *Boc. d. l. thes. 45. lit. E.* quia injuriatus æquè hoc casu injuriâ afficeretur, ac si absque ullâ retorsionis specie mendacij aut alius criminis insimulatus esset. *vid. Harp. in tract. crim. ad §. hæc actio 12. Inst. de injur. n. 21. & seq. ubi hanc questionem plenius pertractat.*

62. Hæc Retorsio quæ defensionis est species statuto
municipali tolli non potest, eo quod juris sit naturalis, qualia esse
immutabilia notissimum est, per §. *sed naturalia* ii. *Inst. de I. N. G.*
& C. Inde Retorsio non denegabitur Filiofam. etiam in patr. po-
testate constituto, quod quæ sint juris Civilis, ut est patria pote-
stas §. *jus autem* 2. *Inst. de patr. potest.* non possint tollere ea quæ
sunt juris naturalis. §. *fin.* *Inst. de leg. agn. tutel.* §. *quod a. 6. de cap.*
dim. Nec minori non requisito etiam consensu curatoris, quia
commodum & favorem ejus hoc concernit, in quibus consensus
curatoris non est necessarius. *pr. Inst. de autb. tut. l. contra juris 28.*
de pact. nec etiam Deportato, ea enim quæ sunt juris Civilis tan-
tum amittit & quæ juris naturalis retinet. *l. inter pœnas 6. de interd.*
& *releg. lib. 2. §. 1. l. sunt quidam 17. de pœn. l. 1. C. de hered. Inst.*
quod tamen non extendimus ad eum qui ob crimen fractæ pacis ab
Imperatore aut Camerâ Imperiali est proscriptus, hic enim quia
licite occidi potest impunè quoque offendetur. *l. nec in ea 22 §. 3.*
ad l. Jul. de adult. arg. l. 11. de lib. & post. l. 21. l. 26. de R. J. text. in
ordin. Camer. part. 2. t. 9. §. so jemandt. vers. so halt auch der.
& ubi licita est offensio ibi prohibita defensio. *l. si servus 4. C. de*
his qui ad Eccles. confug. Hip. de Mars. in pract. Crim. §. aggred. n. 75.
arg. ad n. 82.

63. Exerceri potest Retorsio adversus omnes qui verbis
contumeliam intulerunt, sive viles sint inferentes, sive etiam
egregiæ & in dignitate constitutæ personæ *arg. l. fin. C. de injur.*
Harp part. 2. disp. 19. tb. 9. Non tamen adversus Magistratum qui
legitimè jure suæ potestatis utitur. *l. 13. §. quæ jure 6. l. 15. §. 39. l.*
33. b. 1. Hic enim ea mente non objurgat ut injuriam inferat, sed
potius ut majestatem suam publicè vindicet *d. l. quod Reipubl. 33.*
Verùm si privato odio & affectu sine aliqua justa causa injuriam
verbalem alicui Magistratus irrogarit, dicendum erit Retorsionem
& legitimam defensionem ei adversus Magistratum non dene-
gendam. *l. nec magistratibus 32 b. 1. arg. l. quemadmodum 29. §.*
magistratus 7. ad l. aquil. l. prohibitum 5. l. defensionu. 7. C. de jur.
fisc.

64. Utrum autem injuriatus qui Retorsionem interpo-
suit insuper actionem injuriarum intentare possit, quæstionis est

Nos

Nos negativæ sententiæ accedimus, tum, quia suspicio criminis est
satis purgata, & injuriantis fama apud bonos viros eo usq; gravata
manet, donec objectum crimen probari possit, tum quod inci-
viliter apud judicem de hoc conqueratur, & judicium postulet,
qui sibi ipsi judex extitit & ultor, ut dicit *Boc. class. 4. disp. 4. tb. 78.*
Disp. Cothman. Conf. 59. n. 204. & 205. vol. 2.

65. Judicialis est, qua coram competente judice, institu-
tâ injuriarum actione injuriatus injuriam sibi factam vindicat,
idque duobus modis vel Civiliter vel Criminaliter §. *in summa 10.*
Inst. b. t. l. prator 7. §. posse 6. l. constitutionibus 37 §. 1. hic l. fin. C. eod.
Utroque hoc modo ad vindictam agitur l. 2. §. 1. *emancipatus 4. de*
collat. bon. quæ ratio facit ut simul agi civiliter & criminaliter
non possit. *Ampl. Dn. Lind. exerc. just. b. t. tb. 41.* sed altero horum
electo alter perimatur. l. *quod SC:um 6. in fin. l. seq. §. 1. bñ.* cum
bona fides non patiatur ut per eodem delicto duplicem quis pœ-
nam sustinet. l. *bona fides 57. ubi Decius n. 4. de R. 7. l. interdum*
6. §. fin. naut. caup. stab. rec. ut restit. l. sicuti 7. §. 2. de accus. quod se-
cus se haberet si alterutra actio rei haberet persequutionem l. 2. §. 1.
de vi bon. rapt. l. unic. C. quand. civ. act. prejud. crim. l. 23. §. 9. ad
l. aquil. vel ex diversa procederet causa l. & an. 14. §. actiones 2. de
except. rei judic. l. quod in baredo 9. §. 1. in fin. de trib. action. l. 2.
de priv. delict. l. naturaliter 12. §. 1. de acqui. poss.

66. Civiliter injuriarum actio institui tum dicitur, cum
actor certam injuriæ pœnam à se expressam & sibi præstandam
persequitur *Boc. d. l. tb. 50.* agitque vel ad Æstimationem vel Re-
cantationem.

67. Æstimatoria actio est, quâ Injuriatus injuriam
certâ quantitate ex suo arbitrio & dignitate æstimat, quam sibi
pro satis factione applicare petit §. *pœna 7. Inst. b. t.* Et quamvis
olim pœnæ injuriarum ex l. 12. tab. certæ essent constitutæ ut hæc
actoris æstimatio non requireretur, nimirum ob os fractum pœna
nummaria 25 assium, ob membrum ruptum Talio d. §. 7. (quæ
pœna omnium antiquissima ex Republicæ Mosaica *Exod. 21. v. 23.*
& seq. *Levit. 24. v. 28.* & seq. *Deut. 19. v. 21.* ad Ægyptios, ab his
aut Græcos & tandem ad Romanos devenit. *Arist. 5. c. 5. ad Nico-*
mach. ubi Magirus de quâ ex Galeno scribit Cujac. lib. 7. obs. 13. Soli-

68. *hos veteres in male factorum membra his penis animadvertere per quos
crimen perpetrarant, & ideo perjurus linguam præcisam, fugitivus
pedes amputatos, falsariis nervos digitorum incisos, calumniatores ex
l. Remnia in fronte stigmatate notatos, furibus manus amputatos.*) Ob
carmen famosi libelli supplicium fructuarium, quod successu tem-
poris variis modis immutatum ut ex *ib. 48. supra.* videre est, ta-
men hæc pœnæ tandem in desuetudinem abierunt, & nummaria
præcipuè exinde quod Neratius quidam homo petulans & im-
probus qui quasi delectamento habebat os hominis liberi, ut
quisque offerebatur, palmâ suæ manus verberare, annumeratis
statim 25. assibus istis, ne posset iterum quispiam conqueri. *Gell.
in Noct. Attic. lib. 20. c. 1.* ita ut hodie omnes injuriarû pœnæ (præ-
ter famosi libelli cui certa pœna per *l. unic. C. de famos. libell. &
constit. crim. Carol. V.* est constituta) quasi prætorix arbitrariæ sine
factæ, & secundum gradus dignitatem & vitæ honestatem actor
injuriam suam æstimet. *d. §. pœna 7.*

68. Quam tamen æstimationem ab actore factam iudex
pro ratione circumstantiarum, loci, temporis moderatur & vel
approbat vel minuit, non etiam auget. *l. 15. §. 28. Amplif. Dn. Lind.
exerc. Inst. thes. 39.* interdum quoque re ita flagitante actori jura-
mentum imponit, quo mediante declaret ex conscientia tanti se
injuriam æstimare, & hoc præstito iudex non potest minoris reum
condemnare, ne perjuriis ansa præbeatur, sed secundum id omne
ut in expensis fieri solet pronunciat. *Novell. 82. c. 10. l. sancimus 15.
cum autb. post jusjurandum. C. de judic. quod juramentum si
præstare actor nolit reum iudex absolvit l. si non 37. & seq. de
jurejur.*

69. Huic arbitrariæ pœnæ nihil detrahit etiam si statuto
certa pœna pro injuria sit expressa, qualiter jure Lubecensi pro
singulis injuriis pœna 2. Thal. dicta est, quia injuriatus non ob-
stante statuto nihilominus ad pœnam arbitrariam reo imponendâ
agere potest *l. 3. §. divus 5. de sep. violat. l. arriani 5. in fin. C. de hæret.
l. præcipimus 32. §. ult. C. de appel. & consult. Harp. p. 2. disput. 18.
thes. 33.*

70. Institui autem hæc actio potest non solum per ipsum
qui passus est, & in quem injuria facta per consequentiam redun-
dat.

dat, de quibus supra *ibef. 24. & seqq.* sed etiam per procuratorem autorem, ceterosque qui pro aliis intervenire solent. *l. non solum 21. §. agere quis. 2. de injur. ut & excipitur rectè Rei nomine per procuratorem & alias personas idoneas. l. si filij 36 hoc tit.*

71. Recantatoria actio est, quâ actor à iudice reum ad palinodiam cogi petit, quo publicè fateatur se cum injuriosa hæc verba protulisset ore mendacia prolocutū, vulgo *auff einen wies Derruff tringen* / Hæc actio non usu modo recepta sed & imperatoriâ constitutione comprobata est, *Ordinat. earm. part. 2. tit. 28. §. vnd sonderlich. Boc. class. 4. disp. 4. ibef. 55.* & licet hanc purè criminalem asserat *Maranta, in specul. aur. part. 4. dist. 1. n. 10.* ubi speciosis argumentis id probare conatur, tamen civilem esse veritati magis consentaneum putamus, quia ex *dicta const. §. sonderlich. vers. doch sollen die sachen /* appellationem in hac actione concessam esse apparet, quæ tamen ex generali totius Germaniæ consuetudine in causis criminalibus non recipitur *Henon. disp. 18. ibef. 33.* Unde satis civilem hanc esse apparet, sed pluribus de his in ipso conflictu.

72. Criminaliter injuriarum agitur, quando omisâ injuriarum actione civili actor per subscriptionem de illatâ injuria coram iudice conqueritur, & reum suo arbitrio, vel in corpore puniri, vel in pœnam pecuniariam fisco applicandam condemnari desiderat. *l. ult. de priv. delict. l. ult. de furt. l. 3. de accus. l. 3. C. eod.* quo casu non tantum exilium, deportationem & fustigationem, sed ultimum nonnunquam supplicium reo iudici irrogare licet. *Ampl. Dn. Lind. in exer. ad b. t. ibef. 40.*

73. In hac actione criminaliter ad pœnam corporalem intentatâ procurator regulariter non admittitur, sed ipsos actores & reos eam persequi & suscipere necesse est, *l. 1. an per. al. causa appell. red. poss. l. accusare 13. §. 1. de pnb. judic.* cujus hæc est ratio, quod reus qui per procuratorem se defendit, facile pœnam sibi dictatam effugere posset, quo ipse iudicium redderetur elusorium *Menoch. de arb. jud. quest. lib. 1. quæ 79. n. 12. & seq. & quest. 80. n. 2. & seqq.* A quâ tamen regula excipiuntur illustres, his enim hoc privilegium ex constitutione Imp. Zenonis est tributum ut

E

tam

tam accusantes quam accusati per procuratorem iudicium susci-
pere possint. *l. ult. C. de injur. §. in summa 10. Inst. eod. ita tamen*
ut in ipsos non in procuratores eorum sententia feratur *d. l. ult.*
e. b. t. Heig. ad d. §. 10. n. 11.

74. Hæc actio criminaliter instituta est duplex, alia
extraordinaria, alia publica accusatio. *Boc. clas. 4. disp. 4. thes. 67.*
Extraordinaria quando is, ejus privatim interest, injuriã se non
esse affectum à judice petit ut reus pro suo arbitrio puniatur &
coerceatur. *d. §. 10. Inst. b. t. l. ult. de injur. l. ult. de priv. delict.* Pub-
lica accusatio qua quilibet ex populo de injuria quæ lege aliqua
publici judicij vindicari iusta est, in iudicio conqueritur & reum
pœnã juris puniri petit. *Boc. dict. loc. tb. 63.* hujus exempla sunt
in *l. lex cornelia §. 9. & seq. l. quod 6. de in jur. l. 10. C. de episc. &*
ster. l. unic. C. de famos. lib.

75. In utraque actione tam Civili quam Criminali consi-
derandus est. 1. Modus instituendi actionem. 2. Exceptiones Reo
contra actionem competentes. & 3. Sententia, quã agitur de Con-
demnatione & Absolutione Rei.

76. Modus instituendi actionem in hoc consistit ut actor
injuria affectus libellum judici supplicem offerat, in quo non cum
discrimine existimationis adversarij, calumniando & convitiis
eum proscindendo vagetur, sed specialiter exprimat & designet
injuriã quam se passum contendit. *l. prator 7. in pr. & §. praterca*
2. b. t. l. item exigit 6. de dol. malo. annum etiam & mensem, locum
& tempus quo injuria est facta addat. l. libellorum 3. in pr. de accus.
Jul. Clar. §. injuria n. 5. Harp. p. 2. disp. 18. tb. 39. & si diversa eod-
dem tempore sint factæ injuriæ eas omnes conjungat l. 7. §. si mihi
plures §. b. t. Boc. d. l. tb. 65.

77. Exceptiones reo contra intentatam injuriarum actio-
nem competentes, desumuntur vel à persona Rei ut si sit unus ex his
personis quæ injuriã facere non possunt, de quibus supra *thes. 15.*
vel à defectu Requisite, si reus unum injuriæ requisitum ab-
esse dicat, vid supra *thes. 6. & seqq.* vel deniq; à modis quibus in-
juriarum actio extinguitur.

78. Extinguitur autem & tollitur injuriarum actio variis
modis. 1. Morte actoris vel Rei, siquidem nec hæredi nec contra
hæredem.

hæredem datur, sed alterutius morte finitur. *l. injuriarum 13. in pr. l. item 15. §. injuriarum 14. h. t. l. 1. §. 1. in fin. de pr. delict. l. penales 32. in pr. v. sed ne in actoris, ad l. Falcid. l. si eum 10. §. qui injuriarum 2. si quis caur. in jud. sist. causa §. non autem 1. Inst. de perp. & temp. act. l. solet. 3. de ferio. l. pupillum III. §. in heredem 1. de R. J. nisi forte lis cum reo fuerit contestata, tum enim actio perpetuatur, & instantia litis ad eius hæredes seu successores omnino pertinet, d. l. injuriarum in pr. l. injuriarum 28. b. t. l. sciendum 58. de O. & act. illud quippe est regulare, omnes actiones quæ morte aut tempore sunt periturae, semel inclusas iudicio salvas manere. l. omnes actiones 139. l. penalia 164. de R. J. §. 1. vers. penales. Inst. de perp. & temp. actio. & lite contestata meliores fieri l. aliam 29. de novat. adeoque in bonis nostris computari arg. l. bonorum 49. de V. S. quod tamen de civili actione intelligendum est, criminalis enim injuriarum actio, morte rei etiam lite contestata tollitur. l. unic. C. ex delict. defunct. cor. tit. C. si reus vel accusat. mort. fuer. l. fin. ad l. jul. majest.*

79: 2. Tollitur injuriarum actio prætorica lapsu unius anni ante litis contestationem completi. l. si non convitij §. ubi glossa. C. de injur. l. 17. §. 6. in fin. ubi Gothofred. b. t. sive civiliter sive criminaliter instituta fuerit. Boc. class. 4. disp. 4. thes. 71. Num autem hic annus sit utilis an Continuus, hoc est, num statim à die illatæ injuriæ an vero à tempore scientiæ currat, & computetur? inter Dd. non convenit. Nos eorum sententiæ accedimus qui utilem eum esse statuunt, Prætores enim cum in edictis suis anni mentionem faciunt de utili non de continuo loqui consueverunt l. 1. §. annu 39. de vi & vi armat. l. item si 14. §. in cause 2. quod mer. causa l. sciendum 39 §. fin. de edil. edict. Marc. Anton. Bard. in tract. de temp. util. & contin. c. 8. n. 2. & quia præscriptiones contra actiones ob morâ & negligentiam non agentium sunt inductæ arg. l. 1. de usur. & usuc. qualis negligentia hoc casu sc. in ignorante injuriam sibi esse factam demonstrari non potest Fach. lib. 9. c. 8. idcirco deficienti negligentia præscriptio initium sumere non potest, sed scientiæ tempus erit expectandum, ne justa alicui ignorantia noceat. l. genero. 8. l. liberorum 11. §. fin. de his qui not. infam. l. regula. 9. de jur. & fact. ignor. l. fidejussor 29. in pr. & §. 1. mand. l. illud 7.

S. f

§. 2. de trib. act. Unde hic annus utilis non continuus dicitur, quam sententiam in Camerâ Imp. esse receptam & in praxi servari testatur, *Geil. lib. 2. obs. 105. n. 2. §. 7.* Civilis tamen injuriarum actio ex L. Cornelia competens quâ se pulsatum, verberatum, aut domum vi introitam quis dicit perpetua est, nec exceptione annali repellitur, *pr. Inst. de perp. & temp. act. Ampliss. Dn. Lindem. exerc. Inst. thes. 55.* Idem judicium de Recantatoria injuriarum actione erit, quia consuetudine hæc ipsa est introducta quæ juris civilis est species. *l. 32. de leg. §. 9. Inst. de jur. N. G. & C. Petr. Theod. in colleg. crim. disp. 2. thes. 21. lit. D. Boc. clas. 4. disp. 4. thes. 72.*

80. 3. Tollitur etiam satisfactio, si solutum sit quod injuriæ nomine peti poterat. *l. sed si unius 17. §. si ante 6. b. t.* item legitima Retorsione de qua *super thes. 59. & seqq.* ut & conventionne partium, videlicet pacto etiam nudo, transactione & jurejurando *l. non solum 11. §. 1. d. l. 17. §. 6. b. t. l. si tibi 17. §. 1. de pact. l. lex Cornelia 5. §. hac lege 8. bic. arg. l. ait prator. 3. §. 1. l. jusjurand. 34. de jurjur.* ita tamen ut remissâ injuriâ pacto, transactione & jurejurando, non videatur remissum damnum & interesse *l. qui servum 34. in pr. de obl. & Act. Boc. dict. loc. thes. 77.*

81. Quarto perit Dissimulatione, si quis injuriam dereliquerit, hoc est, statim passus ad animum suum est revocaverit, sed actibus aliquibus externis ostenderit injuriam illatam sibi nō displicere, quales actus sunt amica cum injuriante conversatio, salutatio, manus porrectio, lusus, risus & similes. *Ampliss. Dn. Lind. thes. 49.* tum enim postea ex poenitentia remissam injuriam non potest recolare *§. fin. Inst. b. l. non solum 11. §. 1. eod.* Si tamen captum sit judicium & injuriâ affectus actus hujusmodi perficiat, veluti si salutet convitiatorem, osculetur eum, vel edat & bibat cum illo, non actionem injuriarū, sed Rancorem duntaxat ut *Dd. loquuntur, & animi odium remississe intelligitur Harp. d. l. thes. 41. lit. a.*

82. Suspenditur quoque interdum injuriarum actio, si lite pendente injuria sit facta, tum enim actionem suam injuriâ affectus, differre tenetur. donec causa principalis fuerit decisa *l. si quidem 5. ubi Dd. C. de injur. Ernest. Coshm. vol. 1. conf. 10. n. fin. vol. 2. conf. 59. n. 28. c. 87. n. 4. c. 88. n. 16.* sed ne hoc casu lite principali

pali pendente præscriptionis exceptio reo oriatur ad litem contestatam
tionem quæ actionem perpetuat, reus compelli solet. *Ampliss. Dn.
Lind. exercit. Inst. h. t. thes. penult.*

83. Sententia quæ intentatâ injuriarum actione à iudice
fertur duplex est, vel Condemnatoria, vel Absolutoria. Condem-
natoria est quando Reus motam injuriarum actionem exceptio-
nibus sufficientibus eludere nequit, & in certam pœnam à iudice
condemnatur. *Boc. class. 4. diss. 4. thes. 82.* quali casu præter pœnam,
infamiâ etiam ipso jure notatur, sive civiliter sive criminaliter.
cum eo actum fuerit l. 1. l. 4. §. fin. de his qui not. inf. l. decuriones 5. l.
injuriarum 10. l. non damnatos 18. C. ex quibus causis in fam. excep-
ptâ solâ injuriarum actione ad patrimoniam institutâ, quam hoc pri-
vilegio gaudere Dd. tradunt, ut condemnato infamiam non irro-
get. *Myns. Resp. 60. in fin. decad. 6. Wes in parat. ad b. t. n. 18.* Unde in
sententiis hæc plerumque addi solent verba. *Deswegen ist bes
flagter / jedoch ohn verletzung seiner Ehren / der flegern einen
wiederuff zuthun schuldig. Wes. d. l. Bor. die l. eb. 91.*

84. Absolutoria sententia fertur, quando intentione
actoris vel accusatoris exceptionibus & defensionibus Rei legiti-
mè exclusâ, reus à iudice absolvitur & innocens declaratur.
Hoc facto iudex inspiciat quâ mente ductus ad accusationem quis //
procefferit, & si quidem justum errorem repererit, absolvat eum //
salvâ & integra existimatione, sin in evidenti calumnia deprehen- //
derit, legitimam & extraordinariam pœnam ei irroget. l. 1. §.
*sed non utiq; 3. l. in privatis. 3. ff. ad SCtum Turpill. l. 3.
C. de Calumniator.*



Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

heredem datur, sed alterutris morte finitur.
pr. l. item 15. §. injuriarum 14. h. t. l. 1. §. 1. in
penales 32. in pr. v. sed ne in actoris, ad l. Faltid.
injuriarum 2 si quis caus. in jud. sist. causa §.
de perp. & temp. act. l. soler. 3. de feris.
in heredem 1. de R. J. nisi forte lis cum reo
tum enim actio perpetuatur, & instantia litis ad
successores omnino pertinet. d. l. injuriarum in p.
b. t. l. sciendum 58. de O. & act. illud quippe est re
ctiones qua morte aut tempore sunt periturae, si
cio salvas manere. l. omnes actiones 139. l. penalia
vers. penales. Inst. de perp. & temp. actio. & lite ce
fieri l. aliam 29. de novae. adeoque in bonis nostris
l. bonorum 49. de V. S. quod tamen de civili actio
est, criminalis enim injuriarum actio, morte re
statà tollitur. l. unic. C. ex delict. defunct. cor. tis.
fat. mort. fuer. l. fin. ad l. jul. majest.

79. 2. Tollitur injuriarum actio præto
ni ante litis contestationem completi. l. si non
C. de injur. l. 17. §. 6. in fin. ubi Gothofred b. t. si
riminaliter instituta fuerit. Boc. class. 4. disp. 4. the
hic annus sit utilis an Continuus, hoc est, num
ta injuriæ aq. vero à tempore scientiæ currat, &
Dd. non convenit. Nos eorum sententiæ acc
eum esse statuunt, Prætores enim cum in edicti
nem faciunt de utili non de continuo loqui con
nu 39. de vi & vi armat. l. item si 14. §. in causa
l. sciendum 39 §. fin. de edil. edict. Marc. Anton. Ba
util. & contin. c. 8. n. 2. & quia præscriptiones
morâ & negligentiam non agentium sunt indu
& usuc. qualis negligentia hoc casu sc. in igno
esse factam demonstrari non potest Fach. lib. 9.
ciente negligentia præscriptio initium sumere
ontix tempus erit expectandum, ne justa alie
ceat. l. genero. 8. l. liberorum 11. §. fin. de his qui m
9. de jur. & fact. ignor. l. fidejussor 29. in pr. &

